


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

34 8°
DA BOX

No. 54.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHEC REGIA HAFNIENSIS

= LN 1258 ex. 1 H

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE BIBLIIS SACRIS ET LIBRIS VETERIS ET NOVI Teſtamenti.

AVTORE PETRO PALLADIO
Daniæ Epiſcopo, & Theologiæ
Doctore.

EIVSDEM BREVIS, SED LVCV-
lenta Explicatio Oratio-
nis Chriſti Iohan-
nis 17.

Ioan. 5.
Scrutamini ſcripturas, etc.

1558.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Biblia Sacra.

Biblia bibliæ, ſeu biblia bibliorũ, quanquam in genere librum ſeu libellum ſignificat, tamen ſpecialiter dicuntur, Sacra biblia, libri ueteris & noui teſtamenti. 1. Sacra quidem, propter ſacram Theologiam ſeu literas ſacras, et doctrinam diuinam, à ſapientia mundi ſeparatã, et è cœlo delatam. 2. Biblia uero, quia in ijs multi libelli continentur, quorum primus eſt Geneſis, ultimus uerò Apocalypſis.

PRIMARIA DIVISIO BIBLIorum.

SAcra biblia diuiduntur in uetus & nouum teſtamentum. 1. Vetus teſtamentum continet libros ſacros, qui ſunt editi ante Chriſtum natum, ut libri Moſi, Pſalmorum, & Prophetarum, cũ alijs aliquot, qui numero ſunt 48. 2. Nouũ teſtamentum continet libros, qui ſunt editi poſt Chriſtum natum, ut libri Euangeliorum Chriſti & Epiſtolarum, cum alijs, qui ſunt numero 27.

SECVNDARIA DIVISIO.

SAcra biblia diuiduntur in ſex partes, quantũ ad librorum differentiam attinet, Sunt enim libri bibliorum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

	1 Legales		4	Euangelici
Alij	2 Hiſtoriales	Alij	5	Prophetici
	3 Doctrinales		6	Epiſtolares

1 Legales ſunt quinq; libri Moſi, quia lex in eis ut maximè deſcripta eſt.

2 Hiſtoriales, qui ſimpliciter hiſtorias ſeu res geſtas continent, ut

	1 Ioſue	8 Tobiæ
	2 Iudicum	9 Iudith
	3 Ruth	10 Eſther
Sunt	4 Regum	11 Machabæorum
	5 Paralipomenon	12 Actorum Apoſtolicorum.
	6 Eſdræ	
	7 Neemiæ	

3 Doctrinales, qui doctrinam ſingularem continent, ad ædificationem audientium, ut ſunt. 1. Iob. 2. Pſalmorum, 3. Prouerbiorum. 4. Eccleſiaſtes. 5. Canticorum, 6. Sapientiæ, 7. Ieſus Sirach.

4 Prophetales, qui ſunt à Prophetis prædicati & ſcripti, quorum quatuor maiores, reliqui uero 12. minores dicuntur. Maiores, quia maiores & longiores libros ſcripſerunt. Minores, quia minores & breuiores libros ſcripſerunt.

5 Euangelici libri, qui continent Euangelicas hiſtorias, de ſaluatore noſtro Chriſto, à quatuor Euangeliſtis deſcriptas.

6. Epiſtolares libri ſunt Apoſtolorum ſcripta, & literæ.

TERTIA DIVISIO.

Bibliorum libri, Alij ſunt Canonici, Alij Apocryphi.

1. Canonici libri, ſunt quibus autoritas Eccleſiaſticorum dogmatum confirmatur.

2. Apocryphi ſeu dubij ſunt, de quorum fide dubitatur, & qui tantum ad ædificationem plebis ualent, non ad confirmanda Eccleſiaſtica dogmata, ut ſunt libri. 1. Iudith. 2. Sapientiæ. 3. Tobiæ. 4. Ieſu Sirach. 5. Baruch. 6. Machabæorum, et 7. fragmentum in Eſther et in Daniele. Reliqui omnes ſunt Canonici libri, alio nomine Autentici: unde ſcriptura canonica & autentica nomen habet, & canonici qui ſacram ſcripturam legunt & interpretantur.

DE LEGALIBVS SEV DE quinq; libris Moſi.

Libri Moſi nomen habent græcum πεντάτευχον, à numero quinario, quia 5. tantum ſunt, & ex hebræo quinq; quinquitates dicuntur. Adſcribuntur autē Moſi, uel quia Moſes eos ſcripſit, uel quia Moſi hiſtoriam continent, & quid ſeruus ille fidelis Moſes egerit in domo Dei docent, Cùm Eſaias propheta dicatur horum librorum ſcriptor fuiſſe. Sunt autem hi quinq;.

1. Geneſis, 2. Exodus, 3. Leuiticus, 4. Numeri, 5. Deuteronomion.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE GENESI.

GEneſis à gignendo, ſeu à generatione nomen habet, quia liber eſt generationis mundi, propter creationem rerum, & propter mundi poſt diluuium reſtaurationem. Habet autē 50. capita, necnon in ſex partes diuiditur principales, propter ſex illuſtres perſonas, quarum hiſtoriæ ſeu res geſtæ in Geneſi deſcribuntur, ut à primo cap. uſq; ad 6. deſcribitur Adam. à 6. cap. uſq; ad 12. deſcribitur Noe. à 12. cap. uſq; ad 25. deſcribitur Abraham. à 25. cap. uſq; ad 28. deſcribitur Iſaac. à 28. cap. uſq; ad 37. deſcribitur Iacob. à 37. cap. uſq; ad finem libri deſcribitur Ioſeph.

Continet autem Geneſis in ſumma, 1. Initiũ mundi. 2. Diluuium. 3. Incendium Sodomiticũ. 4. Deſtructionem Babel. 5. Res geſtas Patriarcharum.

Maximè uero, lapſum generis humani & reſtaurationem per Semen mulieris benedictum, id eſt, Ieſum Chriſtum.

DE EXODO.

EXodus ab exeundo nomen habet: ἔξοδος enim græcis ſignificat exitum, profectionē, expeditionem: quia deſcribitur hîc egreſſus filiorum Iſrael de Aegypto, nec non illorum conuerſatio in deſerto, ubi Lex eſt promulgata, quando neſciebatur quid eſſet peccatum, aut unde mors in oẽs homines peruaſiſſet. Tũc enim dedit Deus legem decalogi populo ſuo. Deinde ceremoniales &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

iudiciales leges per Moſen inſtituit, ut Religio & Politia apud Iudæos cōſeruarētur, quibus omnibus ut extructione Tabernaculi, Chriſtus adumbratus eſt, ut eſt lex pædagogus ad Chriſtum.

Principalis diuiſio Exodi.

A 1. ca. uſq; ad 7. poſt deſcriptionē, 1. natiuitatis, 2. occultationis, 3. in aquam proiectionis, 4. adoptionis, 5. Fugæ, 6. Coniugij Moſi, dat Deus ei mandatū redeūdi in Aegyptū, ac educēdi populū Iſraeliticū (qui ſeruitute acerba premebatur à Pharaone) ex Aegypto. Quod mādatū poſt lōgā tergiuerſationē exequitur tandē in medio 4. cap. & uadit in Aegyptū, et cū fratre Aarone ingreditur ad regē Pharaonē et expoſtulat cū illo de populo dimittendo, qui numeratur in 6. cap. A 7. cap. uſq; ad 12. deſcribūtur decē plagæ ægypti, ut ſunt. 1. ſanguinis, 2. Ranarū, 3. Pediculorū, 4. Muſcarū. 5. Peſtis pecorū, 6. Vlcerū ueſicarū, 7 grādinis, 8. Locuſtarū, 9. Tenebrarū, 10. mortis Primogenitorum.

A 12. cap. uſq; ad 16. deſcribitur liberatio populi Iſraelitici ab Aegypto nō ſine pſecutione, tamē in potenti manu Dei. A 16 cap. uſq; ad 20. deſcribitur profectio populi Dei per deſertū, et murmuratio, Dei uero liberalitas in Man & coturnicibus. In 20. ca. datur Moſi decalogus. A 21 ca. uſq; ad 25. Iudiciales leges ordinātur. A 25. cap. uſq; ad 32. ordinātur leges Eccleſiaſticæ, ſeu ceremoniales de ſtructura tabernaculi. A 32. cap. uſq; ad 36. dantur tabulæ decalogi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

A 36. cap. uſq; ad 40. caput deſcribitur extructio Tabernaculi.

In ultimo cap. nempe in 40. deſcribitur erectio Tabernaculi.

DE LEVITICO.

Leuiticus tertius liber Moſi, nomen habet à tribu Leui, propter ſacerdotium Aaron, quod ordinatur in hoc libro, cum ſuis legibus & inſtitutis, propter peccatum purgandum & expiandum, ut ſignificet uerum ſacerdotem, Chriſtũ Ieſum agnum Dei, qui tollit peccata mundi. Huc enim pertinent Leuitica ſacrificia, Leuiticæ ſanctificationes & immunditiæ, & aliæ Leuiticæ obſeruationes, in quibus Chriſtus adumbratur.

Diuiditur hic liber in multas particulas, quia multas continet obſeruationes ceremoniales, ſeu Eccleſiaſticas, ut merito uocetur ordinatio Moſi Eccleſiaſtica

Ab initio 1. cap. uſq; ad 6. caput, deſcribuntur aliquot Sacrificiorum ſpecies, ut in hoc libro multæ continentur, quarum quædam hîc ſunt commemorandæ, ut 1. genus Holocauſtum Brandopffer, quaſi totaliter comburendum Sacrificium, quia totum deberet comburi, & inde nihil reſeruari, Sicut ex alijs ſpeciebus quædam ſacerdotibus reſeruabantur cap. 1.

2 Oblatio ſpeiſopffer, alioqui Corban & Minha, id

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

id eſt, donum ſeu munus dictum eſt hoc ſacrificiũ, ut oblatio multiplicium panum.cap.2.

3. Hoſtia pacificorum, Dãckopffer, qua homines reconciliati, & pacem conſequuti, gratias egerũt Deo, unde à pace nomen habet apud Hebræos, ut ſit ſacrificium gratiarum actionis, per animalia mũda utriuſq; ſexus ab homine recepto & reconciliato oblata. cap.3.

4. Hoſtia pro peccato (Sundopffer) Sacrificium quod offerebatur pro peccato ſacerdotis, populi, principis. cap. 4.

5. Sunt & aliæ ſpecies his adiungendæ, quarum infrà fit mentio in hoc libro, ut hoſtia pro ignorantia ſacerdotis, principis, populi.

6. Hoſtia pro delicto, Schuldopffer.

7. Libamentum, Drinckopffer, Hebraicè Neſech.

8. Votiuum ſacrificium, Hebraicè Neder, quando homines ſua ſponte uouebant aliquod uotum ſacrificij.

9. Anathema, Bandopffer, quando maledixerunt ſibi homines, ſi hoc aut illud reciperẽt. Illud de quo ſic maledixerunt ſibi, deberet offerri Domino.

SVMMA.

In quinq; prioribus capitibus deſcribuntur uariæ ſpecies ſacrificiorum, & ob quas cauſas offerri debebant. A.6.ca.uſq; ad 9.recenſentur uariæ leges ſacrificiorum, uidelicet lex,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

1. Holocauſti 2. hoſtiæ pacificorum. 3. Hoſtiæ pro peccato. Item leges conſecrationis Sacerdotum. A 9 uſq; ad 11. tria nobis in exemplum deſcripta ſunt, primò Obedientia erga Deum. cap. 9. Inobedientia erga Deum, cap. 10. Mandatum de ſobrietate. Ab 11. cap. uſq; ad 18. deſcribuntur non ſolum immunda animalia, ſed etiam aliæ immunditiees & expiationes, ut ſunt, 1. Puerperarum, cap. 12. 2 hominum leproſorũ, cap. 13. 3 Mulierũ menſtruarum, cap. 14. 4. Morticinorum &c. cap. 15. A 18. cap. uſq; ad 23. non ſolum gradus Conſanguinitatis in ſexto præcepto deſcribuntur, propter reuerentiam ſanguinis, Sed etiam alia præcepta copioſiori explicatione repetuntur.

A 23. cap. uſq; ad finem ſequuntur aliæ diuinæ ordinationes, ut feſtorum, & pro pauperibus, Item uotorum & decimarum, nunc conciones & adhortationes ad obedientiam uerbi Dei, additis comminationibus de pœnis quæ tranſgreſſores manent.

Hactenus de libro Leuitico, qui tradit leges, & ordinationes Moſaicas, de externo cultu Dei, quo non ſolum à gentibus Iudæi diſcernebantur, ſed in quo exercebant ſe, non ut holocauſtis peccata abolerentur coram Deo (quia remiſſio peccatorum fit per ſolum filium Dei) Sed ut per hanc externã diſciplinam, quæ ſuam mercedem annexam habuit, Deo ſeruirent.

DE LIBRO NVMErorum.

HIc Liber à numerando nomen habet, quia populus Dei ſecundum tribus numeratur, & ad uſum & exercitium religionis diſponitur, et ſingulis tribubus ſuæ manſiones, et ſua officia diſtribuuntur et ordinantur. Præterea recitantur multæ tranſgreßiones populi, multa pericula, multæ pœnæ, multaq; interim beneficia Dei populo collata inter montem Sinai et terram Promißionis uerſanti, quæ omnia in Chriſtū reſpiciunt, propter quem inſtituta fuit Reſpublica Iſraelitica. Vaticinium Balaam, de regno Chriſti in hoc libro etiam extat.

Diuiditur autem hic Liber in multas partes.

1. Ab initio libri uſq; ad 5. cap. numerantur in genere, primum omnes tribus Iſraelitici populi, & in circuitu tabernaculi ſingularum tribuum, caſtra ordinantur.

2. Deinde in ſpecie numeratur tribus Leui, cui ſeorſim ſua officia diſtribuuntur.

2 A 5. cap. uſq; ad 7. ca. deſcribuntur uariæ leges, ut 1. lex eijciendorum extra caſtra. 2. Zelotypiæ, 3. Nazaræorum, quibus addita eſt in fine 6. cap. formula benedictionis, qua noſtri miniſtri finita Chriſti cœna (pro Ite miſſa eſt) utuntur. Cuius tres ſunt particulæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Formula Benedictionis.

1. Dominus benedicat tibi & cuſtodiat te.
2. Dominus illuminet te uultu ſuo, & miſereatur tui. 3. Dominus leuet faciem ſuam ſuper te, & det tibi pacem.

3. A cap. 7. uſq; ad 11. deſcriptæ ſunt uariæ ordinationes, propter egregia principum munera, quæ in dedicatione tabernaculi erecti & altaris offerebantur, ut 1. ordinatio, conſecrationes Leuitarũ, cap. 8. 2. Feſti paſchæ. cap. 9. 3. Tubarum. cap. 10.

Quæ pars ordinatur in fine orationis Moſi ante eleuationem & diſpoſitionem arcæ.

4. Ab 11. cap. uſq; ad 17. deſcribuntur horrenda exẽpla, quibus homines ad timorem Dei induci debent. 1. Murmur populi pro carnibus, & pœna murmurationis. 2. Seditio Aaron, & Mariæ ſororis eius lepra percuſſæ cõtra Moſen. 3. Perfidia exploratorum terræ Chanaan, qui populum perterrefecerunt. 4. Populi murmur, fletus & pœna incredulitatis. 5. Pœnæ peccantium per ignorantiam, per ſuperbiam, & colligentes ligna in Sabbato. 6. Seditio & pœna, 1. Coræ. 2. Dathan. 3. Abiron.

5. A 17. cap. uſq; ad 21. præter miraculum de florente uirga Aaronis, deſcribitur dignitas, officium & præmium ſacerdotum & Leuitarum cum ordinatione luſtralis aquæ, ex cinere iuuenci, quibus

bus additur hiſtoria de morte Aaron, & Mariæ ſororis ipſius.

6. A 21. cap. uſq; ad 25. poſt uictoriam in bello cõtra Cananæos deſcribitur horrẽdum murmurationis exemplum, ignitis ſerpentibus punitum, ubi æneus ſerpẽs Chriſtũ repræſentauit, Ioan. 3. Mox per tria capita benedictio populi, & prophetia Balaam de Chriſto deſcribitur.

7. A.25. cap. uſq; ad 28. præter horrendã fornicationis pœnam, iterum numeratur populus ante diuiſionem terræ Chanaan, & promulgatur lex hæreditatis.

8. A 28. uſq; ad 31. cap. deſcribuntur ordinationes ſacrificiorum in ſingulis feſtis, ut 1. Iuge ſeu quotidianum. 2. Sabbatorum. 3. Neomeniarum. 4. Paſchale. 5. Pentecoſtes. 6. Tubarum. 7. Propiciationis. 8. Tabernaculorum. 9. Collectionis. His additur uariorum uotorum deſcriptio.

9. A 31. cap. uſq; ad finem, politica quædam ordinantur. 1. Diſtributio ſpoliorum poſt uictoriam in bello contra Amalechitas. 2. Particularis diſtributio terræ Chanaan. 3. Enumeratio manſionum, in quibus Iſraelitæ per 40. annos interdum quieuerunt. 4. Definitio limitum terræ Chanaan, & electio eorum, qui futuri erant diuiſores, cum parte Leuitarum, ciuitatibus refugij, et poſſeßionibus nõ in aliam tribum transferendis.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Hæc omnia plena ſunt exemplorum fidei, & incredulitatis, transgreſsionum, pœnarum & mirabilium ordinationum Dei, Chriſtum in carnem uēturum reſpicientia, &c.

DE DEVTERONOMIO.

D*Euteronomion à deuteros, & nomos, ſecunda legis recitatione, ſeu promulgatione nomē habet. Quicquid enim in* Exodo *&* Leuitico, *quantum ad morales, ceremoniales, & iudiciales leges attinet, id* Moſes *in hoc libro ferè repetit.* Nam *hoc neceſſarium fuit, ut populus propter inobedientiam afflictus, rurſus ad obſeruationem legis adduceretur. Ideo* Moſes *legem repetit, unà cum omnibus rebus geſtis, quæ illis contigerunt, præter ea, quæ ad ſacerdotiū ſpectabāt, & à nouo declarat omnia, quæ ad ſpiritualem & corporalem politiam pertinebant, quæ omnia tandem eò refert, ut ad* Chriſtum *nos inuitent, de quo capite 18. clarè uaticinatur:* Prophetam *ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, &c.* Lex *enim eſt pædagogus ad* Chriſtum, *& finis legis* Chriſtus *eſt.*

Hic liber in quatuor principales partes commodiſsimè diuiditur.

1. Ab initio uſq; ad 5.cap.repetit quædam antea-
cta opera & beneficia Dei, quibus populus ſuæ in-
gratitudinis, atq; inobedientiæ pariter & diuinæ
beneficentiæ, & ad obediendum Deo grauiter ad-
monetur.

2. A 5. cap. uſq; ad 20. ea repetit, quæ fidem uel
promouere uel impedire poſſunt, & ad ſpiri-
tualem politiam, & uerum Dei cultum in prima
tabula potiſſimum ſpectant. Primum enim uſque
ad 13 cap. Decalogum repetit, cum egregijs admo-
nitionibus, & adhortationibus ad timorem Dei, et
obſeruationem decem mandatorum Dei, & dehor
tationibus ab idolatria gentium, præſertim poſt oc
cupationem terræ Canaan, cum aliquot hiſtoria-
rum recitatione. Deinde repetit fideliter ordina-
tiones eccleſiaſticas, de miniſtris & miniſterio uer
bi, de decimis, de anno Iubilæo, de præcipuis feſtis,
de electione magiſtratus, de iure ſacerdotij, de ci-
uitatibus refugij.

3. A 13.cap. uſq; ad 20. quæ omnia cultum primæ
tabulæ reſpiciunt. A 20. cap. uſq; ad 31. repetit ea
quæ charitatem in ſecunda tabula, uel promouere
uel impedire poſſunt, & quæ ad corporalē politiā
pertinēt, ut ſunt politicæ ordinationes. 1. de rebus
bellicis. 2. De operibus charitatis. 3. de c p.is ad of
ficium in cœtu acceptandum. 4. De libello repudij.
5. De gratitudine erga uerbum Dei, &c.

Quibus adduntur pœnæ tranſgreßionis mandatorum Dei, nec non obſeruationis præmia. Et quod maximè conſolatoriũ eſt, oſtendit cap. 30. peccatibus eſſe reditũ per pœnitẽtiã ad miſericordiã Dei.

4. A 31. cap. uſq; ad finem libri, commemorantur ea, quæ circa mortem Moſi geſta ſunt. Primum enim conſolatur populum, ne propter mortem ipſius contriſtetur, aut animum abijciat. Deinde egregio carmine Deo gratias agit, & quæ uentura erant in terra promißionis uaticinatur. Mox benedicit populo, ſingulisq; tribubus, exẽplo Iacob patriarchæ, Gene. 49. ualedicens eis, bene precatur, et quæ eis uentura ſunt uaticinatur. Poſtremò montem aſcendit, & accipiens à Deo conſolationem, ex hac uita diſceßit, & ut piè creditur, corpore et anima, ſicut in monte Thabor cum Elia apparuit, in cœlum delatus eſt.

Huc uſq; Pentateuchon Moſi, quod à numero quinario, et à uerbo τεύχω (quod ſignificat inſtruo, facio, fabrico, paro, quaſi ſit inſtrumentũ quod quinq; libris conſtat) nomen habet, in ſolum Dominum Ieſum Chriſtum reſpiciens, ut ipſemet Chriſtus, tum aliàs, tum præcipuè Lucæ ultimo teſtatur cùm inquit: Quæ ſcripta ſunt de filio hominis in Moſe &c. Præterea multi loci ex Moſe citantur in nouo teſtamento.

Finis 5. librorum Moſi.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE LIBRO IO-ſuæ.

SEquuntur libri aliquot hiſtoriales ordine, uſque ad librum quintum Iob, inter quos præcipui ſunt priores, ut 1. Ioſue. 2. Iudicum. 3. Regum. In quibus abundè ſatis diſcimus, 1. Timorem Dei & fidem. 2. Infirmitatem & crucem. 3. Pœnitentiam & reſipiſcentiam. 4. Patientiam & conſolationem.

Liber Ioſue nomē habet ab ipſo Ioſue filio Nun, qui aliàs dictus Ieſus Naue, Moſi ſucceßit in officio magiſtratus, & quemadmodū Moſes populum ex Aegypto liberatum per deſertum 40 annos duxit & gubernauit, non ſine potenti manu Dei, Sic Ioſue populum in terram Canaan, ſeu in terrā promißionis, eadem Dei potentia fortiter expugnatis urbibus, interfectisq́; & profligatis gentibus introduxit, & inter eos terram diſtribuit, ubi hæc tria ſeorſim ſunt obſeruanda.

1. Quòd Deus ſeruârit promißionem ſuam quinq; Patriarchis factam, de terra Canaan.
2. Quòd politia Iſraelitica ſit conſeruata propter prædicationem de ſemine mulieris benedicto Domino Ieſu Chriſto.
3. Quòd Deus pugnat pro ſuo populo contra impios, quorum peccata deuaſtatione, & interfectio

ne punit, omnibus impijs in exemplū, ut reſipiſcāt.

Hic liber diuiditur potißimum, ut liber Deuteronomij, in quatuor principales partes.

1. Ab initio uſq; ad 6. cap. præter uocationem Ioſue, & confirmationē ipſius ad Reipublicæ Iſraeliticæ gubernationem, nec non exploratorū emiſſionem, periculum & reuerſionē, deſcribitur miraculoſus Iordanis fluuij tranſitus, cum ſuo memoriali, cumq; nouo circumciſionis intermiſſæ per 40. annos, mandato, Paſcæq; celebratione.

2. A 6. cap. uſq; ad 13. deſcribuntur præter fœdus cum Gabaonitis & peccatū anathematis urbium, ut Hiericho &c. peccatum anathematis Hai, expugnationes & multorum Regū interfectiones, quos enumeratos habet cap. 12. ut Deū pro ſuo populo fortiter pugnare, necnō impios delere uideamus.

3. A 13. cap. uſq; ad 20. deſcribitur diuiſio terræ Canaan, & per ſortes ſecundum tribus Iſraelitarum diſtributio, qua Dei promißio uera eſſe declaratur.

4. A 20. cap. uſq; ad finem definiūtur ciuitates refugij, necnon oppida, & agri ſuburbani Leuitarum. Deinde remittuntur in ſua, Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe iuxta pactū, Numeri. 32. Mox cura Ioſue de poſteris, per egregiam exhortationem, & ſocietatis gentium prohibitionē indicatur.

Poſtremò longa beneficiorum Dei commemoratione

ratione præmiſſa, necnon fœdere populi ad Dominum reuocato, nunc mors Ioſue, nunc Eleazari, nunc oßium Ioſeph ſepultura finaliter indicatur. Tantum de libro Ioſue, &c.

DE LIBRO IVdicum.

Liber Iudicum ab illis Iudicibus, qui poſt Ioſua dominati ſunt in Iſrael, nomen habet. Cõtinet enim deſcriptionem progreſſus Iſraelitici populi, poſt mortem Ioſuæ ſub Iudicibus, qui mirabiliter populum ab hoſtibus defenderunt, ubi obſeruandum eſt, quòd eadem de cauſa Deus conſeruauerit rempub. Iſraelis, qua eam inſtituit, nempè propter Chriſtum filium ſuum, qui ex Iudaico populo naſceretur. Porrò & hoc obſeruandũ eſt, quòd populus ueteris teſtamenti fuit ſub quatuor generibus poteſtatis, iuxta rationem temporum.

Primum fuerunt ſub patria poteſtate, tempore Patriarcharum, Moſi & Ioſue. Deinde ſub iudiciaria poteſtate, tempore horum Iudicum. Tertiò ſub Regia poteſtate tempore Regum. Quartò ſub pontificia poteſtate, tempore pontificum uſq; ad Chriſtum, qui unus pro omnibus. 1. pater æternus eſt: 2. Iudex uiuorum & mortuorum. 3. Rex regũ. 4. Pontifex æternus. Fuerunt aũt Iudices, numero. 16.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

1. Iudas. 2. Simeon. 3. Othoniel. 4. Aioth. 5. Sangar. 6. Delbora Prophetiſſa. 7. Barach. 8. Gedeon, qui et Hierobaal. 9. Abimelech. 10. Thola. 11. Iayr. 12. Iepthe. 13. Abapſan. 14. Ahyalon. 15. Abdon. 16. Samſon.

Diuiditur autem liber Iudicum ſecundum ordinem perſonarum, prout in Iſrael dominatæ ſunt.

1. Ab initio libri uſq; ad 6. cap. deſcribuntur hiſtoriæ ſeptē Iudicū Iudæ Simeonis, inter quos Delbora Prophetiſſa canticū egregium canit, cap. 5.

2. A 6. cap. uſq; ad 13. præter hiſtoriam Gedeonis, & filij eius Abimelech deſcribuntur et alij tres iudices Thola, Iayr, & Iepthe, quæ pars clauditur ſtulto uoto Iepthe de immolanda filia, capite 11.

3. A 13. cap. uſq; ad 17. hiſtoria Samſonis pulcherrima deſcribitur, & per hoc ſeorſim commendatur, quòd Samſon Chriſti typum geßit.

4. A 17. ca. uſq; ad finem libri, præter idolum Michæ & filios Dan deſcribitur horrenda & lamentabilis hiſtoria de uxore Leuitæ, propter quā ſtupratam, collapſam, mortuam, & in duodecim partes diuiſam, tota ferè tribus Beniamin deleta eſt, ut uel ex hoc uno exemplo Deum adulteria grauißimè & horrendißimè punire diſcamus. Huc uſque liber Iudicum, in quo ſunt multa egregia exempla

nobis

nobis propoſita, quæ nos ad pœnitentiam inuitāt, ubi Deum uidemus grauiſſimè puniuiſſe ſemper idolatriam, & alia horrenda ſcelera, pœnitentibus uero miſericordem fuiſſe, ut meritò uocetur, Liber de ira & miſericordia Dei.

DE LIBELLO RVTH.

Libellus Ruth, nomen habet à Ruth muliere gentili, nempe Moabitide, ſeu ex populo Moab, qui fuit filius Loth, Gene. 19. Hic libellus continens tantum quatuor capita, præter hoc quòd eſt ad curam rei domeſticæ non parum utilis libellus, etiam hoc declarat, quòd gentes eo tempore Deo curæ fuerint, & quòd Euangelium etiam gentibus reuelaturus eſſet, poſtquam hæc Ruth, & ſimiles ex gentibus, Abrahæ ſemini ſunt aſſociatæ. Continet autem hic Libellus partem genealogiæ Dauidis, quæ ab Euangeliſta translata eſt in genealogiam Chriſti, ut & hunc quoque libellum reſpicere in Chriſtum uideas, & Chriſtum ex peccatoribus & peccatricibus ad abolenda peccata naſci, iam olim decreuiſſe ſcias, adeoque ſalutem ad gentes quoque pertinere non dubites.

Diuiditur autem in duas particulas.

In duobus prioribus capitibus exemplum eſt in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Ruth, ut nurus omnes erga ſocrus ſuas humiliter et officioſe ſe gerant. In poſterioribus exemplum caſtitatis in Boas.

DE LIBRIS REGVM.

Libri hiſtoriales quatuor, qui Regum libri inſcribuntur ſecundum uulgatam editionem, ſunt apud Hebræos duo tantum libri, quorũ prior Samuelis dicitur, & apud Latinos in duos libros diuiditur, qui Samuelis libri dicuntur. Poſterior uero Regum, qui itidem in duos libros diuiditur, qui Regum libri dicuntur. Fuit autem Samuel Propheta Dei ſub Saule rege, fideliſſimus & conſtantiſſimus, à quo priores duo libri nomen habẽt, In quorũ altero, Saulis, In altero uerò Dauidis hiſtoria deſcribitur. Poſteriores uerò duo libri propriè Regum libri dicuntur, quia omniũ aliorũ Regum tam in Iuda, quàm in Iſrael, hiſtorias continẽt. In primo libro Samuelis deſcribitur inchoatio tertiæ poteſtatis, nimirum Regiæ, ſub impio Rege Saule, ſub quo regnũ & monarchia in Iſrael inſtituta eſt. In 2. lib. Samuelis transfertur regnũ à familia Saulis, in familiam Dauidis regis & Prophetæ piiſſimi, qui corona Prophetarum meritò uocatur.

In primo libro Melachim, hoc eſt, iuxta uulgatam editionem in tertio libro Regum, deſcribitur, Primum hiſtoria Salomonis Regis, ſub quo templum in Ieruſalem Domino ædificatum eſt. Deinde

regnum in duas partes, ſcilicet Iuda & Iſrael diuiſum, & aliquot Regum utriuſq; partis hiſtoriæ deſcribuntur. In ſecundo lib. Melachim, (id eſt, in 4. lib. Regum, uulgariter) ordine reges alij omnes deſcribuntur in Iſrael & in Iuda. Præterea deuaſtationes & abductiones populi Iſrael in Aſyriacam, Iuda uerò in Babylonicam captiuitatē. Interim ornantur hi libri, promißione de Chriſto, quæ facta eſt Dauidi. 2. Regum 7.

Catalogus Regum populum Iudaici.

Saul impius, 1. Reg. 9. Dauid pius, 2. lib. Reg. Salomon 3. lib. Regum. Hi tres regnauerunt ſuper totum Iſraeliticum, & Iudaicum populum, ante dißipationem tribuum. Poſtea decem tribus à duabus defecerunt, & facta ſunt duo regna, ut regnum Iſrael, decem tribus, et regnum Iuda, ſcilicet Iuda & Beniamin.

Reges Iuda.

1 Roboam impius. 3. Reg. 12. & 14.
2 Abias impius. 3. Reg. 15.
3 Aſa pius. 3. Reg. 15.
4 Ioſaphat pius. 3. Reg. 22.
5 Zambrias impius. 3. Reg. 16.
6 Ioram impius. 4. Reg. 3.
7 Ochozias
8 Ioas. 4. Reg. 12.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

pius
9 Amaſias partim 4. Reg. 14.
impius
10 Azarias, qualis pater talis filius. 4. Reg. 15.
11 Ioathan talis qualis. 4. Reg. 15.
12 Achas impius. 4. Reg. 16.
13 Ezechias pius. 4. Reg. 18.
14 Manaſſes impius. 4. Reg. 21.
15 Amon qualis pater talis filius. 4. Reg. 21.
16 Ioſias pius. 4. Reg. 22.
17 Ioachas impius. 4. Reg. 23.
18 Ioachim impius. 4. Reg. 23.
19 Ioachim filius ſimilis patri Zedechiæ, impius. 4. Reg. 24.

Hic Zedechias ultimus rex Iuda ductus eſt cum toto populo Iuda in Babylonem. 4. Reg. 25. manet in captiuitate populus Iuda 70. annos, iuxta Prophetiam Ieremiæ.

Reges Iſrael.

1 Hieroboam impius. 3. Reg. 12.
2 Nadab impius. 3. Reg. 15.
3 Baſſa impius. 3. Reg. 16.
4 Helam impius. 3. Reg. 16.
5 Sambri impius. 3. Reg. 16.
6 Achab impius. 3. Reg. 18.
7 Ochozias impius. 4. Reg. 1.
8 Ioram impius. 4. Reg. 3.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

pius
9 Iehu pro parte 4. Reg. 10.
impius
10 Ioachim impius 4. Reg. 13.
11 Ioas impius 4. Reg. 12.
12 Hieroboam impius 4. Reg. 14.
13 Zacharias partim pius & impius 4. Reg. 15.
14 Sellom impius 4. Reg. 15.
15 Manahen impius 4. Reg. 15.
16 Phaceas impius
17 Phacea impius 4. Reg. 15.
18 Ozee impius

Sub hoc ultimo rege translatus eſt Iſrael in Aſſyrios manens in captiuitate. 4. Reg. 17.

Primus liber Samuelis in tres principales partes cõmodiſſimè diuidi poteſt. Ab initio uſq; ad 9. cap. hiſtoria Samuelis, qui & iudex & propheta fuit in Iſrael deſcribitur, ut

1. Natiuitas 2. Vocatio 3. Oblatio. 4. Senectus Samuelis

Interea etiam deſcribitur pugna populi Dei contra Philiſtim, & miracula ad arcam facta, nec non infortuniũ Heli Sacerdotis ex indulgentia filiorum. In fine huius partis prædicitur populo ius regis à Samuele.

2 A 9. cap. uſq; ad 16. hiſtoriæ Saulis prima pars deſcribitur, ut 1. Vocatio. 2. Vnctio, 3. Prophetatio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

4.Confirmatio,5.Victoria,6.Regnum,7. Manſue tudo,8.Tranſgreßio regis Saulis.

3 A 16.cap.uſq; ad finem deſcribitur altera pars hiſtoriæ Saulis,in qua non ſolũ in pugna contra Philiſtim,ſed multo magis in perſequendo Dauide uerſatur uſq; ad mortem,ubi non tantum unctio,uictoria contra Goliad,& confœderatio Dauidis cum Ionatha filio Saulis, ſed etiam multiplex,uaria & periculoſa fuga Dauidis, necnon ipſius liberatio deſcribitur,ut quiſq; uideat quomodo mirificauerit Dominus ſanctum ſuum, & eum ad inferos deduxerit ac reduxerit, donec per crucem euectus ad regni faſtigium, euaſit in regem pijßimum & prophetam ſanctißimum.

Secundus liber Samuelis, qui totus continet hiſtoriam Dauidis,commodè in tres partes principales diuidi poteſt.

1 Ab initio uſq; ad 11. caput, præter uindictam de proditoribus & interfectoribus, unctio & inauguratio Dauidis in regnum, poſt mortem Saulis deſcribitur,deinde fœlix ſucceſſus plenus humanitate,pietate,uoluntate in ædificanda domo Domini, uictorijs ſuper Philiſtæos & alios, maxima fidelitate,beneficijs &c.Cui facta eſt etiam promißio de Chriſto cap.7.cuius fit mentio Heb.1.

2 Ab 11. capite uſq; ad 22. deſcribitur adulterium & homicidiũ Dauidis,& poſt actam pœnitentiam

ad

ad parabolicam prædicationem Nathan prophetæ multiplex infortunium à proprijs filijs, qui ſtuprum intulerunt uxoribus Dauidis, & ſeorſim periculum ſeditionis à filio Abſolone, cum alijs peccati pœnis & regni ruina, Item fame & alijs calamitatibus, quæ ſecutæ ſunt adulterium & homicidium Dauidis.

A 22. cap. uſq; ad finem, ſequuntur uerba, primum carminis & gratiarum actionis. Deinde nouiſſima uerba Dauidis, præter grauiſſimam in numerando populo offenſionem Dei, peſtemq́; grauiſſimam peccati pœnam, quam inter tria pœnarum genera data optione Dauid elegit, ut & hîc egregium de ira & miſericordia Dei librum habeamus.

Tertius liber Regum, qui primus Melachim uocatur, hiſtoriam Salomonis & aliorum quorundam regum continens, in tres principales partes diuidatur, ut prima pars ſit de Salomone. 2. de filio Salomonis, Roboam, & aliquot alijs regibus: Tertia de impio Rege Achab, deque Regina impijſſima Ieſabel & Elia Propheta. Salomonis hiſtoria diuiditur in tres partes.

1. ante ædificationem. 2. in ædificatione. 3. poſt ædificationem templi.

1. Ante ædificationē templi, ab initio uſq; ad 5. cap.

præter hiſtoriam de ſenectute Dauidis in 1. cap. & de morte eius in 2. cap. deſcribitur inauguratio regni Salomonis, Sapientia, iuſticia et gloria eius, de qua Chriſtus mentionem facit Matth. 6.

2 In ædificatione templi, Primum agitur cum rege Hiram de materia, Deinde de forma, Poſtremo de fabrica & ſtructura Templi, à 5. cap. uſq; ad 8.

3 Poſt ædificationem Templi ab 8. cap. uſq; ad 12. ſequitur, primum benedictio templi cum oratione Salomonis. Deinde ciuitatum extructiones, & magnificentia Salomonis, quam ſecuta eſt libido, nec non horrenda Idolatria, propter quam ſciſſum eſt regnum Iſrael in partes, & ſuſcitatus eſt Hieroboam contra Salomonem. Sic ſolent florentiſſima regna propter idolatriam inclinare, ruere & tandem perire. Poſtremò ſeruatur Salomon propter benedictum ſemen mulieris, & in pace moritur, atq; in ciuitate Dauid patris ſui ſepelitur.

Secunda pars à 12. cap. uſq; ad 17. continet præter hiſtorias aliquot regum, ſeparationem regni Iſrael, à regno Iuda.

Tertia pars à 17. cap. uſq; ad finem libri continet non tantum regis Achab & reginæ Iezabel impietatem, iniuriam, & tyrannidem &c. Sed etiam Eliæ prophetæ orationem, conſtantiam, & tandem fugam, atq; perſonale quadraginta dierum ieiunium. Ita hic liber eſt admodum celebris propter

regem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

regem Salomonem & Eliam prophetam, qui non tantum in terra, ſed etiam in cœlo dominatus eſt.

QVARTVS LIBER REGVM

QVi eſt 2.Melachim, hiſtorias aliorum Regum Iſrael & Iuda poſt impium Regem Achab continet, & celebris eſt propter utramq; translationem, alterã ipſius Iſrael in Aſſyriam cap.17. alteram Iudæ in Babylonem cap. ultimo. Porro præter hiſtorias Eliæ & Helizei prophetarum, uſq; ad 10. caput ordine ſucceßionis inuicem ſequuntur ſe reges, partim in Iſrael, partim in Iuda, nunc pij, nunc impij, nunc pijßimi, ut Ezechias & Ioſias, nunc impijßimi, ut Ioas & Manaſſes &c. uſq; ad finem libri, ſub quibus Regibus omnes prophetæ ab Elia, & deinceps qui fuerunt ante captiuitatem Babylonicam prophetauerunt, & pleriq; illorum, ut Eſaias, Ieremias, Amos, Zacharias &c. martyrio coronati ſunt.

DE LIBRIS PARALIPOMENON.

LIbri Paralipomenôn à relinquendo nomen habent, quia tractãt id quod in libris regum eſt relictum ſeu omiſſum, à παρὰ, id eſt, iuxta, & λείπω, id eſt, relinquo, omitto &c. Poſſunt autem dici libri Chronicorũ, ſeu annaliũ, quia continent hiſtorias annales, unde titulus in hebræo eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Dibre Haiamim, id eſt, uerba dierū, quia in his duobus libris deſcribuntur ſigillatim geſta & facta Regum Iuda & Iſrael. Incertum eſt autem an hi duo libri ſint ille unus, cuius fit mentio in libris Regum, cùm dicitur, Nonne hæc ſunt ſcripta in libro uerborum dierum Regum Iuda.

Hi duo libri ſic diuiduntur.

Prior qui 30. capita habet, continet hiſtorias Saulis & Dauidis, Tribuum enumerationem. Poſterior, qui triginta ſex cap. habet, continet hiſtorias Salomonis, & omnium aliorum Regum in Iuda & Iſrael.

Summa primi libri hæc eſt.

Ab initio uſq; ad 12. cap. præter hiſtoriam in 10. cap. de Sacerdotibus & Leuitis, in 11. ca. de morte Saulis, deſcribuntur enumerationes patrum & patriarcharum ab initio mundi, ſeorſim uerò duodecim tribuum Iſrael.

A 12. cap. uſq; ad 24. Hiſtoria Dauidis, ut eſt in 2. lib. Samuelis, amplificatur.

A 24. cap. uſq; ad 28. Cantorum & Leuitarum conſtitutiones & officia deſcribuntur.

A 28. cap. uſq; ad finem principum Dauidis Catalogus ponitur, item oblationes, & tandem mors ultima linea rerum, Dauidem inuadit.

Summa

Summa ſecundi libri Paralipomenon.

Ab initio uſq; ad 10. ca. amplificantur ea de rege Salomone, quæ in maiori parte 3. libri Regum continentur.

A 10. uſq; ad finem, aliorum Regum geſta & facta deſcribuntur, ut in fine tertij & per totum quartũ librum Regum ſunt præſcripta.

DE LIBRO ESRAE.

DVo libri, alter Eſræ primus, alter Eſræ ſecundus, qui & Neemiæ dicitur, in unum librum apud hebræos coartantur. Tertius uero & quartus liber Eſræ apud hebræos nõ ſunt, etiamſi tertius pro maiori parte, ex libro Paralipomenon ſit conflatus. libri Eſræ & Neemiæ iuſto hiſtoriarum ordine libros Regum & Paralipomenon ſequuntur. Sicut enim libri Regum & Paralipomenon continent hiſtorias rerum Iſraelicarum, quæ geſtæ fuerunt ante captiuitatem Babylonicam, ita libri hi duo Eſræ & Neemiæ tradunt ea quæ geſta ſunt in populo Iudaico, poſt captiuitatem Babylonicam. Nam Eſras & Neemias (qui ſcribæ Ieremiæ fuiſſe dicuntur) reducunt populum è Babylonica captiuitate, ac inſtaurant

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ciuitatem Hieruſalē, & templū, politica uidelicet & eccleſiaſtica, quibus adiutores & hortatores ſunt prophetæ Aggeus & Zacharias. Hæc autem reædificatio facta eſt propter Chriſtum, qui propediem erat uenturus, in Bethleem naſciturus, & in templo Ieroſolymitano prædicaturus, & extra Ieruſalem paſſurus.

SVMMA LIBRI ESRAE.

CApita ſunt decem, quæ ſic diuiduntur: ab initio uſq; ad quartum caput, deſcribitur liberatio Iudaici populi, per Cyrum regem Perſarum. Deinde populus duce Zorobabele numeratur & congregatur in Ieruſalem, oblationes & feſtiuitates repetens, ut hîc obſeruetur mirabile iudicium Dei & beneficium erga gentes, per captiuitatē Iudaici populi. Sicut enim Nabuchodonoſor & Euilmerodach ante liberationem opera Danielis conuerſi ſunt ad fidem, Sic ab eodem conuerſi ſunt Darius rex Medorum, & Cyrus rex Perſarum poſt liberationem. ita profuit gentibus Iudæorum captiuitas.

A 4. cap. uſq; ad 9. de reædificatione templi poſt impedimentū 42. annorum, ſub Dario iuniore ad exhortationē Aggei & Zachariæ prophetarum, ut uideas inuidiam & aſtutiam Sathanæ, uerū Dei cultum, quantū poteſt, impedientis. Deinde templum per Eſram ornatur denuo, Dario pro ſua pietate

pietate ſumptus ſuppeditante, & ablata reddente. A 9. cap. uſq; ad finem deſcribitur zelus Eſræ in ſeparandis & amouendis alienigenis mulieribus, ubi ſeorſim obſeruandi ſunt loci, de oratione, de uera pœnitentia. Et obſeruandum eſt in hoc toto libro, quomodo Deus nunc punit ſuos electos delinquentes, ut hîc per captiuitatem Babylonicam, nunc recipit eos, reſipiſcentes in gratiam, ut hîc per Eſram & Neemiam.

Summa libri Neemiæ, qui eſt ſecundus liber, Eſræ dictus eſt.

Ab initio libri uſq; ad 8. ca. poſt fidelem Neemiæ Iudæi orationem, cum agnitione peccatorum factã, impetrat ab ethnico Domino ſuo Artaxerxe rege (cuius pincerna fuit in Perſia) ueniam redeundi ad ſuos in Iudæam, ut fructum ſequi fidelem orationem uideamus.

Deinde ueniens Hieroſolymam incepit ciuitatem, non ſine cruce, perſecutione, & multis impedimentis reædificare, ita ut populus non ſolum hoſtibus, ita moleſtatus ſit, ut altera manu gladium tenere, altera ædificare ſit coactus, ſed etiam tanta fame, & annonæ caritate preſſus, ut Neemias, cap. 5. edicto mandauerit, ut omnes, qui ad uſuram acceperant, totum ipſis pauperibus redde-

rent. Poſtremò tametſi non fuit tutus ab inſidijs iniquorum hominum, tamen in opere proceſſit, donec excubias agi, portaſq; nocturno tempore claudi iuſſit.

Ab 8. cap. uſq; ad 11. reſtituitur religio, recitatur lex, prædicatur populo, fœduſq; renouatur: nam ſine religione, & uerbo Dei, omnia replentur erroribus.

Ab 11. cap. uſq; ad finem libri, primũ diſtinguuntur habitationes populo. Deinde numerantur Leuitæ, Poſtremò ſeparantur alienigenæ mulieres, curatur pro Leuitis, & obſeruatio ſabbati renouatur.

Tertius liber Eſræ, qui ſic uocatur, nihil aliud continet quàm illorum amplificationem, quæ ſunt in libro Neemiæ compræhenſa, præter ea quæ in primo capite ex libris Paralipomenon repetuntur.

Quartus liber Eſræ, qui ipſius Eſræ non uidetur eſſe, collectus ex pluribus, & amplificationem eorum quæ ſunt in primo libro Eſræ, ſufficienter deſcripta continet, ut non ſit ueriſimile Eſram, uel tertiò eadem repetijſſe. Sed ut ſe res habet, hi duo poſtremi libri, ut non ſunt in Hebræo, nec in Germanico Lutheri, Ita nullius ferè ſunt utilitatis. Igitur ad libros, qui ſequuntur, ut Tobiæ, Iudith et Eſther &c. (qui etiam inter hiſtoriales computari poſſunt)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

poſſunt) tranſeamus, & quid ad ædificationem in ſumma contineant, breuiter percurrendo uideamus.

DE LIBRO TOBIÆ.

Liber Tobiæ, ſiue ſit hiſtoria, ſiue alioqui poema quoddam, ut eſſe uidetur Comœdia, ſuam habet utilitatem. Indicat enim quid ſoleat accidere pio ruſtico, aut ciui in coniugio, nimirum, ut affligatur, ſed exitus tandem eſt fœlix, ut diſcant hîc coniuges habere patientiam in fide & ſpe æternæ uitæ. Eſt itaque liber Tobiæ ſpeculum ſtatus coniugalis, ut exemplum libri Ieſu Sirach pro patrefamilias, &c.

Sunt 14. capita, quæ ſic diuidantur. Poſtquam ſciuerimus Tobiam ſub Salmanazar rege Aſſyriorum cum alijs Iſraelitis ductum in Aſſyriã captiuum, & illic inter impios cum cruce & perſecutione uixiſſe.

Ab initio uſque ad 5. caput deſcribitur Tobiæ patris ſeu ſenioris, 1. Religio. 2. Coniugium. 3. Pietas. 4. Crux ſub Sennaherib. 5. Officiũ pietatis in ſepeliendis mortuis pijs. 6. Cæcitas. 7. Oratio. 8. Ieiunium. 9. Philoſtorgia, id eſt, paternus amor erga filium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

A 5. capite uſq; ad 13. deſcribitur filij ſeu iunioris Tobiæ, 1. profectio in Zages ciuitatem Medorum ad domum Gabelis. 2. Liberatio per Angelum à piſce. 3. Coniugium cum Sara Raguelis filia. 4. Oratio. 5. Reditus. 6. Sanatio patris. 7. Angeli diſceßio, &c. Quæ omnia coniugij ſtatum, qui per angelos etiam adminiſtratur, nobis commendant, ut ſit inter nos honorabile. Heb. 13.

A 13. capite, uſq; ad finem deſcribitur ſenioris Tobiæ, 1. Gratiarumactio. 2. Prophetia de Ieruſalem. 3. Anni. 4. Obitus. 5. Sepultura, Cum hiſtoria de Niniuæ perditione, Ieruſalem reſtauratione, iuniorisque Tobiæ reditu ad ſuos, morte, &c. Sic Deus ipſe gubernat œconomiam, & adeſt fidelibus coniugibus in omnibus.

DE LIBRO IVDITH.

Liber Iudith ab ipſa Iudith nomen habet, & inter Apocrypha computatur. Dubitatur enim hiſtoria ne an poëma ſit: et habet Tragœdiæ formam. Sed utcunque ſe res habet, liber utilis eſt, et in Nicæna Synodo confirmatus, ut inter Sacros Bibliorum libros numeretur. Depingit enim impiorum tyrannidem, horrendumq; exitum, & piorum fiduciam ac uictoriam, tametſi ſub cruce primum exercentur. Capita ſunt 16. quæ ſic diuidantur.

1. Ab

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

1. Ab initio uſq; ad 8. caput, continet primum in genere uictoriam Regis Nabuchodonoſor per Holofernem principem. Deinde minas & indignationem Holofernis contra Iſraelitas. Poſtremò Iſraelitarum nunc reſiſtentiam, nunc trepidationem, ut fit in cruce ſanctorum, propter infirmitatem carnis, Diabolo per ſuos nimium ſæuiente.

2. Ab 8. capite uſque ad 13. deſcribitur ipſius Iudith (quæ fuit uidua Iudæa, de tribu Simeon) 1. conſtantia in fiducia, & ſpe liberationis. 2. Oratio. 3. Aſtutia. 4. Succeſſus. 5. Audacia in obtruncando tyranno. 6. Reditus in ciuitatem Betuliam. Vt certò ſtatuamus Deum ſaluare poſſe tam in paucis, quàm in multis, tam per mulieres, quàm per uiros, ut uictoria ſit à Domino, cuius uirtus in infirmitate noſtra perficitur.

A 13. capite uſque ad finem canunt Iudæi triumphum poſt uictoriam, & hoſtibus interfectis agunt gratias Iudith, & ipſa Iudith Deo gratias agit, et tandem in bona ſenectute ex hac uita diſceſſit, laus gloria & honor Deo, qui profligatis impijs, ſuos electos quibuſcunq; tandem medijs defendit et ſeruat.

DE LIBRO HEſther.

LIber Heſther ab Eſther muliere Iudæa nomē habet, quæ ducta eſt in uxorē ab Aſſuero, qui dictus eſt Artaxerxes, Cyri in imperio Perſico ſuccceſſor. Quæ enim in hac hiſtoria continentur, contigerunt in Monarchia Perſica poſt reditum Iudæorum è Babylonia, ſed ante inſtaurationem templi. Porrò Deus ut conſeruaret populus ſuum, in quo Chriſtus naſceretur, & hîc mirabiliter propulſauit periculum, quod in omnes Iudæos, qui reliqui adhuc erant in Perſia intendebatur, ut hoc exemplo conſolaretur eos, qui domum redierunt, & excitaret eos, ut fidenter & alacriter pergerent in reſtauranda ea politia, in qua Chriſtus prædicaturus eſſet Euangelium, & inchoaturus ſuum regnum. Quantum ad libri diuiſionem attinet, obſeruandum eſt, nouem priora capita tantum in Hebræo haberi, Reliquū uſq; ad finem in Hebræo non haberi. Ideóq; eſt in Germanico Lutheri à reliqua parte ſeparatum, ac per ſe poſitum in fine ueteris teſtamenti. Sunt alioqui ſedecim capita, ſicut in libro Iudith, quæ ſic diuidantur, quaſi in modum comœdiæ, &c. ut,

Primus actus ſit uſq; ad 4. caput, in quo contempta

tempta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

tempta quidem Regina Vaſti, uirginum pulcher=rima Eſther eligitur in Reginã: ſed per exaltatio nem Aman, & inſidias lugent Iudæi, dum omnes de uita propter literas regio edicto cõtra eos emiſ ſas, periclitantur, ut in hoc exemplo Vaſti & Eſther, uideamus quomodo Deus mirabiliter deponat potentes de ſede, & exaltet humiles. In Aman uerò, quomodo Deus ad tempus permittat tyrannos florere et ſæuire, ut tandem eo grauius cadant & puniantur.

Secundus actus eſt à 4. capite, uſque ad 9. in quo ſequitur conſolatio, per hoc, quòd Regina Eſther à Mardochæo multis tandem precibus inducta, ſuorum Iudæorum patrocinium ſuſcipit, & Mardochæo Regis amicitiam conciliat, unde tandem Aman ſuſpenſo, poſtquam inſidiæ eius regi ſunt manifeſtatæ, datiſque literis, quæ prioribus contrariæ fuerunt, Iudaicus populus mortis periculo liberatur, & eorum luctus in gaudium conuertitur, ut uerum ſit de Aman, quod Pſalmus habet, Incidit in foueam quam fecit, De populo uerò Iudaico: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.

Tertius actus ſit in 9. capite, de uindicta quam Iudæi nunc in filios Aman, nunc in reliquos hoſtes ſuos exercuerunt. hæc in Hebræo ſunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Quartus actus eorum quæ non ſunt in Hebræo de ſomnio Mardochæi, nunc cum interpretatione, nunc ſine interpretatione, deq́; libris contra Iudæos euulgatis, & tandem de oratione Mardochæi uſq; ad 14. caput.

Quintus actus uſq; ad finem de luctu, & oratione Eſther, deq́; interceßione eius ad regem Aſſuerum pro Iudæis, & de literis euulgatis contra priores, pro ſalute Iudæorum, adeoq́; de conſtitutione feſti diei in memoriam tanti beneficij Iudæis à Deo per Eſther & Aſſuerum atq; per Mardocheum exhibiti. Sic & hodie & ſemper adeſt Deus ſuæ Eccleſiæ, & ſuo populo ad iuuandum in omni neceßitate. Sit Chriſto gratia in æternum. Amen.

DE LIBRO IOB.

Liber Iob ab ipſo Iob nomen habet, de quo Ezechielis, capite 14. Si fuerint tres uiri illi, Noe, Daniel & Iob, in medio eorum, &c. Quis autem hunc librum ſcripſerit, an Moſes, (ut quidam putant) incertum eſt, nec multum refert hoc ſcire, cum conſtet hūc librum ſpiritus ſancti eloquia continere.

Summa libri eſt.

Tractat hāc quæſtionē, an etiā pij à Deo affligātur,

tur:id probat Iob firmis argumentis, q. Deus etiam pijs innocentibus afflictiones immittere ſoleat, tantum ad ſuam gloriam, ut Chriſtus Ioan. 6. de cæco nato loquitur. Sed huic ſententiæ opponunt ſe amici Iob & multis ueriſimilibus argumentis contendunt iuſtos à Deo non affligi, ſiq; affligit, id propter illorum peccata fieri. Præmittitur autem beati uiri multiplex calamitas & incomparabilis patientiæ ſpecimen & uirtus. Deinde conſpecta uiri iuſti miſeria, offeruntur occaſiones multiplicium diſputationum, præſertim de ſumma & inexplicabili prouidentia, ſapientia, atq; ineffabili ſcientia Dei. Aduenientes enim tres amici Iob, uiri ſapientia humana admirabiles, uaria cum ſancto uiro colloquia miſcent. Superuenit & quartus, nempe Elihu & contra eum acerrimè contendit. Atq; tota huius libri ſumma inter hos quinq; uiros agitatur. contentionem tandem dirimit Deus ipſe. Continet autem hic liber 42. capita, quæ ſic diuidantur.

1 In primis tribus capitibus hiſtoria de uarijs afflictionibus Iob, & tentationibus Sathanæ, primū liberos & poſſeßionem Iob (ubi patientißimè omnia tulit) deinde perſonam ipſius inuadentis, ubi factus inpatiens, ob doloris magnitudinem, non ſolum maledicit horribiliter diei ſuæ natiuitatis, ſed etiam laudat mortem contra hanc uitam, cuius eū omnino tædet. Vbi obſeruandum eſt, quàm inſtet

Sathan tentando, donec hominem contra Deum enormiter peccare faciat.

2. A 4. cap. uſq; ad 8. deſcripta eſt prima diſputatio inter Iob & amicum ſuum Elipham Themanitem.

Argumentum eſt, quod Eliphas oppoſuit Iob, Deus punit homines tantum propter illorum peccata. quod Iob reſpondens ita ſe habere negat, & queritur de amicorum moleſtia, quòd magis eum terreant, quàm conſolentur.

Ab 8. cap. uſq; ad 11. deſcripta eſt ſecunda diſputatio inter Iob & ſecundum amicum Bildad Subiten, de eodem argumento, quòd Deus Iob propter peccata ſua punit, quod iterum negat Iob ita eſſe, cum querimonia, q; ignoret cauſam ſuæ afflictionis.

Ab 11. cap. uſq; ad 15. ſequitur tertia diſputatio de eodem argumento inter Iob & tertium amicũ Sophar, Naamathitem, cui Iob proponit hanc quæſtionem, Quare bonis interdum malè ſit, deinde ſoluit ipſius argumentum, & tandem queritur de miſeria omnium hominum in terra.

A 15. cap. uſq; ad 22. iterum ordine incipiunt tres amici Iob, contra illum diſputare, 1. Eliphas arguit Iob eſſe peccatorem, id quod Iob non negat, ſed interim redarguit Elipham & ſocios eſſe malos conſolatores. 2. Bildad commemorat quomodo ſoleat Deus multis plagis impios punire, & uult

inferre

inferre Iob eſſe impium, quia multum à Deo punitur. Iob reſpondet, In ſilentio ſuam eſſe fortitudinem 3. Sophar arguit malis bene quidem eſſe, ſed non diu, & Iob talem eſſe contendit. Iob oſtendit contrarium in utraq; parte uerum eſſe, ſcilicet & impijs diu bene eſſe in hac uita, & ſe non eſſe impium.

6 A 22.cap.uſq; ad 32. amici Iob illi duo Eliphas et Bildad tertiò ipſum Iob adhuc uehementius aggredientes, eadem opinione qua prius ex humana ratione nitebantur & expugnare eum conabantur, ſed fruſtrà. Stat enim Iob infracto animo, tametſi iacet in ſumma miſeria, nuncq; docet eos, nunc iterum addit querimonias, nunc ſe purgat coram amicis, q̄ fuerit inculpatæ uitæ

7 A 32.cap.uſq; ad 38. procedit adhuc quartus amicus Elihu, qui primum reprehendit Iob. Deinde accuſat eundem, quòd contra Deum loquutus ſit. Addit alias accuſationes, & tandem etiam de Deo conciones.

8 A 38.uſq; ad finem concionatur tandem Deus ipſe coram Iob, commemorans omnia opera ſuæ potentiæ, uolens ipſum Iob docere, q̄ iniuſtè ſit ab eo accuſatus, ad quam concionem Iob capite ultimo pœnitentiam agit & reſipiſcit, & in integrum reſtituitur, nobis in exemplum ueræ pœnitentiæ.

DE

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Tantum de libro Iob, in quo de cruce ſanctorũ, & de carnis impatientia, quæ condonatur ſanctis à Deo. ſit ei gratia in æternum.

DE PSALTERIO DAVIDIS.

PSalterium à pſallendo, quod canere ſignificat, nomen habet, quia carmine conſcriptum eſt ad canendum

Antiquitus uocatum eſt Soliloquium, quia ſolius Chriſtiani hominis cum ſolo Deo colloquium habetur.

Dicitur & parua Biblia, quia breuiter omnia quæ in Biblijs habentur, continet, ut 1. hiſtorias, 2. legem, 3. promiſsiones, 4. fidẽ, 5. conſolationes, 6. pœnitentiam 7. bona opera.

Autor Pſalterij Dauid Rex & propheta eſt, dictante ſpiritu ſancto, Matth. 22. Quomodo Dauid in ſpiritu uocat eum Dominum &c.

Sunt autem Pſalmi numero 150. qui tripliciter diuidi poſſunt.

PRIMA DIVISIO.

Alij dicuntur propriè Pſalmi, alij uerò hymni. Pſalmi dicuntur, quoties Dauid aliquid à Deo petit, Hymni uerò quoties pro accepto beneficio gratias agit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

SECVNDA DIVISIO

Pſalterium diuiditur apud Hebræos in quinq; libellos. Diſcernuntur autē in uulgata editione latina per amen amen, ſeu fiat fiat.

1 Primus libellus continet 40. pſalmos & unum, qui ſunt omnes ipſius Dauidis, unde & totum Pſalterium ei adſcribitur, & durat primus libellus uſq; ad Pſalmū, Quemadmodū deſiderat ceruus fontes aquarum &c.

2 Secundus libellus continet 31. Pſalmos, qui in principijs filijs Koræ cantoribus adſcribuntur. Deinde ſunt Dauidis omnes, præter unum Aſaphi & ultimus Salomonis, & durat hic ſecundus libellus uſq; ad pſalmum: Quam bonus eſt Iſrael Deus.

3 Tertius libellus continet 17. Pſalmos, quorum undecim tribuuntur Aſapho, tres filijs Koræ, unus Dauidi, & duo poſtremi duobus alijs cantoribus adſcribuntur, & durat hic tertius libellus ad Pſalmum, Domine refugium factus es nobis.

4 Quartus libellus continet etiā 17. Pſalmos, quorum primi nouem tribuuntur Moſi ſeruo Dei, reliqui uero Dauidi. duratq; ad Pſalmum 107, Confitemini Domino &c.

5 Quintus libellus 45. Pſalmos continet, quorum multi quidem Dauidi tribuuntur, ſed quidam incertis etiam autoribus, & ſignantur nunc ante Pſalmum, nunc poſt Pſalmum, nunc utroq; loco per he

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

braicam uocem, Halleluia, ut uideatur eſſe gratiarum actio Deo, pro tali pſalmo, cuius autor ignoratur, et durat hic quintus liber ad finem Pſalterij.

TERTIA DIVISIO.

Pſalmi omnes ſunt quintuplices, Nam alij ſunt orationes, alij gratiarum actiones, alij conſolationes, alij prophetiæ, alij doctrinæ.

1 Orationes ſunt omnes Pſalmi, quibus aliquid à Deo petimus, ut Miſerere mei Deus. Exaudi nos Domine: Domine ne in furore tuo &c.

2 Gratiarum actiones ſunt omnes pſalmi, quibus gratias agimus Deo pro beneficijs acceptis, ut: Benedicite. Confitemini &c.

3 Conſolationes ſunt omnes pſalmi, quibus nos inuicem conſolamur, ut: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, &c. Beatus uir.

4 Prophetiæ ſunt omnes pſalmi, quibus prædictus eſt Meßias, cum ſuo regno, ſua Reſurrectione, Aſcenſione &c. ut: Domine Deus noſter etc. Eructauit &c. Exurgat Deus.

5 Doctrinæ ſunt omnes pſalmi, qui continent hiſtorias et morum inſtructiones. ut Ecce quàm bonum. Pſal. 91. Qui habitat. Niſi Dominus ædificauerit domum. Super flumina. Super hæc omnia multiplex eſt uſus Pſalterij. ut 1. dolet tibi cor tuum, 2. humana ope deſtitutus es, 3. ab hoſte preſſus, 4. à furibus mole-

moleſtatus, 5. in exilium expulſus, 6. Inſidijs aliorum obnoxius, 7. uxore & liberis priuatus, 8. paupertate grauatus, 9. morbis correptus, 10. Inuidia multorum conflictaris, 11. contemptus haberis, 12. ab officio depoſitus es &c.

Obſeruandum eſt uulgatam æditionem errare in numerandis pſalmis, Ideo ſecundum hebraicam ueritatem numerari eos oportet. Obſeruandū eſt & hoc, Dauidem cum ſua Cythara pingi propter hos pſalmos ab eo Cythara decantatos.

DE LIBRIS SALO-MONIS REGIS.

SAlomoni tres adſcribuntur libri, ut ſunt, 1. Prouerbia, 2. Eccleſiaſtes, 3. Cantica canticorum, qui ſic inter ſe diſcernuntur.

1 Prouerbia		1 iuuenili		
2 Eccleſiaſtes	pro	2 uirili	ætate	
3 Cantica		3 Senili		

1 Nam liber Prouerbiorum continet doctrinam de obedientia, de bonis operibus & moribus, quibus ornatur Chriſtiana iuuentus

2 Eccleſiaſtes continet doctrinam de cruce & cōſolationes in tentationibus, quibus in religione & pietate prouecti tentantur & affliguntur.

3 Cantica canticorū, ſunt quædam ſuaues gratiarū actiões, quibus pij hinc in plena ſenectute migra

turi, Deo acceptum referunt totum hoc, unde ſunt hic ſuſtentati.

DE LIBRO PROVERBIORVM.

LIber Prouerbiorum præter hoc, quòd continet egregias ſentẽtias, quibus docet partim timorem Dei & fidem in Deum, partim honeſtos mores, in humana uita, clariſſimam habet etiam concionem, nomine ſapientiæ, de uerbo Dei æterno, quo omnia condita ſunt & gubernantur, quod eſt Ieſus Chriſtus dominus et ſeruator noſter.

Diuiditur autem hic liber in hunc modum.

Ab initio uſq; ad 10. caput, ſunt communes quædam adhortationes loco præfationis, ad ea, quæ decent hominem Chriſtianum. ut ſunt adhortationes, 1. ad ſapientiam. 2. diſciplinam. 3. intellectum. 4. honeſtatem 5. probitatem, in primo capite ad audiendum, & in ſecundo cap. diſcendum uerbum Dei additis promiſſionibus. 1. credendum uerbo Dei. 2. utendum bonis & poſſeſſionibus recte. 3. perferenda aduerſa in cruce, in tertio cap.

1 Obedientiam erga parentes additis promiſſionibus. in 4. cap. 2. caſtitatem contra ſcortationem & adulterium, in 5. cap.

1 Confidentiam in Deum, confidentiã in homines. in 6. cap. 2. laborandum in iuuentute, in 6. cap.

3 Con-

3 Concordiam & caſtitatem, caſtitatem contra adulterium, idq; grauiſsimè in 7. cap.

In 8. & 9. capitibus magnificè cõmendat ſapientiam, hoc eſt, uerbum Dei. huc uſq; præfatio.

A 10. ca. uſq; ad 25. ſubijcit prouerbia ſeu ſententias, quæ cum in ſingulis capitibus multæ & uariæ ſint, non poſſunt capitum ſummaria oſtendi.

A 25 cap. uſq; ad 30. cap. ſequuntur prouerbia, quæ Salomoni quidem adſcribuntur, ſed ex certo libro per Sæbuam fortè & alios quoſdam ſcriptores Ezechiæ regis tranſcripta. In ultimis duobus capitibus, etiam ſunt prouerbia Salomonis, ſed ſub alienis titulis, ut Agur & Lamuel, quibus Salomon creditur eſſe appellatus. Primùm à congregando, quia congregauit huiuſmodi prouerbia. deinde à præſentia Dei, quia Deus tempore Salomonis fuit cum Iſraelitis.

DE LIBRO QVI ECCLEſiaſtes dicitur.

SEcundus liber Salomonis Eccleſiaſtes dictus eſſe uidetur, quia uel Salomon Eccleſiaſtes uocatus eſt, id eſt, cõcionatur: uel quia loqtur ad multitudinem, non ad unum tantum: uel propter ſapientiam, qua copioſè donatus fuit. Quærit autẽ hic liber, in quouis uitæ genere & hominum inſtituto, firmam in hoc ſeculo fœlicitatem, ſed non in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

uenit niſi uanitatem. Itaq; huc tandem peruenit, ut pronunciet homini nihil melius eſſe, quàm Deum timere, & mandata eius obſeruare, ut quicquid in hoc ſeculo acciderit, homo tamen in iudicio Dei conſtet. Sed quia hæc ſine Chriſto fieri nequeunt, hic liber (ut reliqui) lectorem ad Chriſtum mittit. Sunt autem 12. capita, quæ ſic diuidantur.

Ab initio uſq; ad 8. cap. maturæ ætatis uirum inſtituens, docet in mundi rebus nihil eſſe perpetuū, ſed caduca & breuia uniuerſa, quæ cernimus, & damnat omnes qui fœlicitatem alibi quàm in Deo ponunt. Damnat enim poſt præfationem, quæ de rerum natura agit, in cap. 1. Sapientiam. 2. Læticiam. 3. Inſtabilitatem. 4. Violentiam & calumniam. 5. Multiloquium, garrulitatem & mendacium. 6. auariciam. 7. Breuitatem dierum huius mundi ſcilicet.

Ab 8. cap. uſq; ad finem proponit ſapientiam cum ſuis effectibus, & fructibus, uera pœnitentia, uitæ emendatione, eleemoſyna, &c. Docetq; uerè beatos eſſe eos, qui Deo coniunguntur & uniuntur per religionem & pietatem, ſimulq́; uſum legitimum aliarum rerum oſtendit. In fine recenſet incommoda ſenectutis atq; deſtitutionē omniū uirium eius, qui morti appropinquat. Viuat igitur unuſquiſq; in timore Dei, faciatq́; fideliter officium ſuum, & rebus à Deo creatis utatur ad gloriam Dei, &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE LIBRO CANticorum.

TErtius liber Salomonis, cui titulus eſt Cantica canticorum, Edidit enim Salomon multa cantica, nempe mille & quinq;. 3. Reg. 4. Sed quia iſtud canticum, cæteris omnibus eſt excellentius & glorioſius, uocatur canticum canticorum, continetq; ſub metaphora ſponſi & ſponſæ, arcana myſteria Chriſti & Eccleſiæ, ſeu omnium piorum. Nam etſi carmen eſt Euchariſticon, quo aguntur gratiæ Deo, q̃ ornauerit Iſraeliticam politiam maximis beneficijs, regno & ſacerdotio, tamen adumbrat regnum Chriſti, pro quo gratias agunt omnes Deo, qui bonum certamen hic certauerunt, quibus repoſita eſt corona iuſticiæ in cœlo, dum ſuo ſponſo formaliter & æternaliter coniunguntur. Cõmodè non poteſt diuidi in partes, quia per octo capita perpetuum quoddam eſt colloquiũ ſponſi & ſponſæ Chriſti cum ſuis promißionibus, & piorum fide promißiones apprehendentium. Summa hæc tenenda eſt, quòd hic paruus liber continet præclara Encomia, ſcilicet 1. de Chriſti regno. 2. Miniſterio uerbi. 3. Varietate donorum ſpiritus ſancti. 4. Perpetua fœlicitate propter Chriſtum. 5. Defenſione. 6. Tranquillitate. 7. Pace.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE LIBRO SAPIENTIAE.

Quanquàm hic liber ex titulo uidetur eſſe Salomonis, tamen adſcribitur Philoni Iudæorum ſapientißimo & doctißimo, qui legatum Iudæorum egit apud imperatorem Caligulam, contra cuius & ſimilium impiorum principum tyrannidem ſcripſiſſe hunc librum Philo Iudæus uidetur, ut meritò Philoſophia ſeu Philonis ſapientia dici poßit, liber noſtris temporibus ualde conueniens. Commendat enim uerbum Dei contra ſæuiciem & tyrannidem impiorum, qui ſuis ſubditis uerbum Dei inuident, ſicut Caligula Iudæis religionem ſuam interdixit. Obſeruandum eſt ſapiẽtiam in hoc libro uocari uerbum Dei, & librum hunc interpretationem eſſe primi præcepti, unde tandem omnis ſapientia permanat. Porrò capita huius libri ſunt 19. quæ ſic diuidantur.

Ab initio uſq; ad 6. caput inſtituit collationem inter 1. iuſticiam, 2. bonitatem, 3. Simplicitatem. 4. Martyrium. 5. conſtantiam, 6. Præmium, 7. fœlicitatem piorum: & 1. cogitationes, 2. conſilia, 3. tyrannidem, 4. Infœlicitatem, 5. condemnationem impiorum.

A 6. ca. uſq; ad 10. ponit grauißimas adhortationes, quibus hortatur impios ad amplectẽdam ſapiẽtiã, id eſt, uerbũ Dei & diſciplinã, id eſt, pœniten-

tiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

tiam & reſipiſcentiam, ubi ſapientiam indicat ac=
quiri fideli oratione.

A 10. cap. uſq; ad 16. commendat ſapientiam exem
plo Patriarcharũ, & à miraculis ac beneficijs Dei
uarijs, erga ſuum populum, idq́; contra idolatriam
& impietatem, cuius maledictionem ponit, item
ſubſannationem, ac deteſtationem interim dũ lau=
dat miſericordiam Dei.

A 16. capite, uſque ad finem libri, iterum confert
iuſticiam & præmium piorum, cum iniuſtis &
pœnis impiorum, exemplum de interitu Aegyptio
rum cum gaudio Hebræorum inferendo.

DE LIBRO IE-
ſu Sirach.

HIc Liber hactenus uocatus eſt Eccleſiaſti=
cus, (hoc eſt, ut quidam interpretantur, Ec
cleſiaſtica diſciplina) multumq́; uſitatus,
tametſi inter Canonicos libros non ſit reputatus.
Vocatur proprio ſuo nomine Ieſus Sirach ab auto
re, qui, ut indicat præfatio, uixit poſt omnes ferè
Prophetas, in ultima parte ueteris teſtamenti, pau
lo ante Chriſti aduentum in carnem, uir admodum
pius & doctus, nimirum ex ſchola & Bibliotheca
Aegyptiorum in lucem prodiens, hunc librum ex
multorum doctorum hominum ſcriptis concinna=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

uit. Eſt autem liber inſignis atq; in uſum uulgi conuenientiſſimus atq; utiliſſimus, unde ciuis aut paterfamilias diſcat, 1. Pietatem. 2. Probitatem. 3. Prudentiam, &c. qualiter ſe gerat erga 1. Deum. 2. Verbum Dei. 3. Miniſtros uerbi. 4. Parentes. 5. Vxorem & liberos. 6. Proprium corpus. 7. Seruos. 8. Poſſeſſionem. 9. Vicinos. 10. Amicos & inimicos. 11. Magiſtratum. 12. Breuiter erga omnes.

Vt meritò liber de domeſtica diſciplina uocari poſſit. Cum autem nō poſſit cōmodè per capita diſcerni, (quia non eſt liber ordine partium conſcriptus, ſed ex multorum doctorum libris collectus, & tumultuariè congeſtus, Quemadmodum apes ex uarijs floribus ſuum colligunt fauum) ſatis eſt in genere, quæ continet, indicare.

Primum prouerbiales ſententias, ænigmata & ſimilitudines continet, ut hoc nomine Ieſus Sirach, imitator Salomonis eſſe uideatur.

Deinde peculiares quaſdam antiquas & diuinas de uiris Deo probatis hiſtorias continet. Præterea pias aliquot orationes & hymnos egregios, Deo fundit & canit. Poſtremò quibus beneficijs Deus populum ſuum ſit dignatus, quibusq; malis inimicos ſuos cumulârit, indicat. In ſumma liber eſt diuina ſapientia refertiſſimus.

DE LIBRIS PRO-phetarum.

SEquuntur libri Prophetales. Sunt autem Prophetæ ſedecim, quatuor maiores, & duodecim minores, de quibus ſuprà.

Summa doctrinæ Prophetarum hæc eſt.

Primò docent, de futuro regno Chriſti.

Deinde multis exemplis, & hiſtorijs exponunt primum præceptum.

Tertiò conſolantur afflictas conſcientias, & ſecuris minantur.

Quartò damnant idolatriam Iudæorum, quam fornicatricem uocant.

Eſt autem idolatria ſeu ſpiritualis fornicatio, quando populus colit Deum uerum non ſecundum uerbum, & mandatum Dei, ſed ſecundum ſuam bonam (quam uocant) opinionem. Vide Iudicum 7. & 17. Item 3. Reg. 12. Hoſeæ. 2. Nam illa opinio prohibita eſt, Deut. 12.

DE LIBRO ESAIAE Prophetæ.

ESaias inter Prophetas, quorum ſcripta poſt Dauidem extant, iure & meritò primas tenet: Primum enim coniunctus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

eſt Chriſto, non ſolum fide, ſed etiam propinquitate ſanguinis. uocat enim Chriſtum patruelem ſuũ, ca. 4. Putant autem Amos patrem Eſaiæ fuiſſe fratrem regis Amaziæ, è cuius linea Chriſtus natus eſt.

Deinde ſcripſit de Chriſto & regno eius, non ſolum plures conciones, quàm alij Prophetæ, ſed etiam clariores ferè ac illuſtriores quàm Euangeliſtæ. Ideò magis Euangeliſta quàm Propheta dicendus eſſet. Vixit autem Eſaias tempore tranſmigrationis decem tribuum ſub Vzia & Ezechia regibus Iuda, cum Hoſea, Iohel, Amos & Micha, in ſecundo centenario quarti millenarij annorum mundi, Prophetauitq; ultra centum annos.

Continet autem liber Eſaiæ Prophetæ, 1. Prophetias legales & Euangelicas, 2. Hiſtorias ut Ezechiæ regis. 3. exhortationes ad Iudæos & gentes. 4. conſolationes. 5. Orationes. 6. Gratiarum actiones. Sunt autem in libro Eſaiæ. 66. capita, quæ ſic diuidantur.

Ab initio uſq; ad 13. caput, agit cum Iudæis, nũc acriter eos reprehendendo, nunc contra eos, nunc pro eis prophetando. Pertinacibus enim, horrenda mala minatur, Reſipiſcentibus uero præclaras de Chriſto & Eccleſia promiſſiones, eos conſolando, proponit, quã partẽ claudit gratiarũ actione.

A 13. cap.

A 13 cap. uſq; ad 24. tranſit ad gentes & contra eas concionatur et uaticinatur, ubi nominatim perſtringit 1. Babylonios 2. Philiſtæos. 3 Moabitas. 4. Damaſcenos 5. Iſmaelitas. 6. Aegyptios. 7. Tyrios 8. Sidonios, utpote malos Iudæorum uicinos, idolatras, & populo Dei ſemper infenſos, quibus deuaſtationem & alia horrenda mala comminatur, nec interim negligit promiſſiones factas gentibus ad fidem conuertendis.

A 24. cap. uſq; ad 36. redit ad Iudæos, quibus iterum dura concionatur propter illorum incredulitatem: minatur enim ſuperbæ Synagogæ & impijs Iudæis captiuitatem & alia infortunia, quodq; penitus à Deo deſerantur. Pios uerò & probos conſolatur, quòd Deus ſit reliquias, & puſillum ſuum gregem ſeruaturus. interim non omittit gratiarum actiones pro Euangelio reuelando in nouo teſtamento.

A 36 cap. uſq; ad 40. recitat hiſtoriam Ezechiæ regis Iuda, quem, utpote pium et ardenter orantē, Deus, & contra impium Regem Aſſyriorum Sennaherib & morbo periculoſiſſimo laborantem exaudiuit.

A 40. cap. uſq; ad finem, iterum agit cum Iudæis, nunc illorum incredulitatem ac idolatriam acriter reprehendendo, nunc eos ut captiuos in Babylone futuros conſolando, interim multas egregias

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

propbetias et promiſsiones de regno Chriſti, de Ecclesia conſeruanda, & de uocatione gentium in medium proponit, legi ſubiungens Euangelium, reprebenſioni conſolationẽ per Euangelium, ut uerius Euangeliſta quàm propheta dici poſsit. Tantũ de libro Eſaiæ.

DE LIBRO IEREMIAE prophetæ.

IEremias à diuina altitudine nomen habere uidetur. Ieremias filius Helchiæ ſacerdotis cœpit prophetare 13. anno regni Ioſiæ, quando rex, ſacerdotes & populus perditiſsimè uiuebant. Donec inuentus fuit liber legis diuinæ in domo Domini ab Helchia patre Ieremiæ, tunc rex pia induens uiſcera, cultum Dei reſtaurauit, & idolatriam exterminauit, ut poſterior liber Regum ca. 22. teſtatur. Prophetauit uerò Ieremias à 13. anno Ioſiæ uſq; ad captiuitatem Babylonicam annis ferè 41. Prophetauit autem de Babylonica captiuitate & uaſtitate urbis Ieruſalem, adeoq; tempus captiuitatis fore 70. annos prædixit: ubi nobis obſeruandum eſt, quòd quanto propius accelerat pœna, tanto peiores & obſtinatiores fiant impij, quod apparet ex Ieremiæ pariter & ex hoc noſtro tempore uerum eſſe. Quanquam in prophetarum libris non poteſt ordo capitum obſeruari, quia ſermones ex ore pro

phetarũ

phetarum collecti magis quàm ex ipſis prophetis ſcripti eſſe uidentur, tamen ea quæ præcipuè tractant, utcunque indicari poſſunt. Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur ultrà. Ieremias itaque tria præcipuè tractat, eaq́; non ordine, ſed crebris repetitionibus inter ſe commixta.

Primum oburgat uehementer impios Iudæos. Deinde prædicit pœnam, nempe uaſtationem urbis Ieroſolymitanæ. Poſtremo uaticinatur etiam, ut alij prophetæ, de Chriſto, & regno eius, de nouo teſtamento.

Capita ſunt quinquaginta duo, quæ ſic diuidantur.

Ab initio uſq; ad 20. cap. præter hiſtoriam de uocatione prophetæ, qua uocatus eſt à Deo per uiſionem & ſigna, nimirum, uirgam uigilantem, & ollam ebullientem, quibus Deus oſtendit iram ſuam ſubitaneam, ut uehementem contra populum ſuum peruerſum & rebellem per regem Babylonis uirgam & ultorem Dei) præter (inquam) hanc hiſtoriam, reprehendit Ieremias Iudæorum impietatem, idolatriam, ſcandala, flagitia & crudelitatem in prophetas, ut omnes ferè conciones ſint pœnitentiales, ſeu ad pœnitentiam grauiſſimæ adhortationes, præter prophetias de captiuitate Babylonica, & præter conſolationes, quibus & Deus Prophetam contra tentationes, & Propheta

populum è captiuitate liberandum conſolatur.

A 20. cap. uſq; ad 40. præter hiſtoriam de cruce & calamitate prophetæ, & præter egregias promiſsiones de reditu ex captiuitate, de Chriſto &c. populo Iudaico, & præcipuè principibus extrema minatur, nempè captiuitatem & omnia mala, quæ per hoc exaggerantur, quòd Deus ipſe ſignificat ſe uelle ſtare à parte Chaldæorum contra ſuum populum, et unà cum Chaldæis affligere populū ſuum, quod omnium eſt horribiliſsimum, ſcilicet Deum non eſſe cum ſuo populo, ſed contra ſuum populū. Deinde etiam minatur falſis prophetis & prædicatoribus, qui dixerunt principibus & populo placentia, & non ſecundum uerbum Dei. Poſtremò recitat hiſtoriam de Zedechia rege, qui quia contempto uerbo Dei confugiebat ad humana præſidia, ideo etiam nihil reportauit & lucrifecit cum ſuis quàm miſeriam & calamitates. Hæc eſt merces tyrannorum.

A 40. cap. uſq; ad finem libri præter exempla uaria, hæc ſunt, quòd Deus 1. prophetam liberat & ſeruat. 2. q; uerus eſt in uerbo ſuo. 3. quòd contemptores uerbi ſui punit &c.

Deinde præter admonitiones ad Iudæos in Aegypto, et conſolationem, qua Baruch ſcribam ſuum Ieremias conſolatur, uaticinatur contra uicinas gentes, Aegyptios, Philiſtæos, Moabitas et alia regna.

Deinde

Deinde contra regnum Babylonis per Medos & Perſas deſtruendum.

Poſtremo claudit librum hiſtoria deuaſtationis Ieruſalem & populi in Babylonem abductione, ut uideat unuſquiſque Dei conſuetudinem, qua ſolet punire eos, qui contempto uerbo Dei non emendant ſuam uitam, nec agunt pœnitentiam. Hæc breuiter de Ieremiæ libro.

DE THRENIS SEV LAMENtationibus Ieremiæ.

IN hoc libello, quem inſcribunt Threnos, id eſt, lamentationes Ieremiæ, deflet Propheta uaſtatam Ieroſolymam, & regnũ Iuda, & populi miſeram captiuitatem, quam auertere Dei comminationibus & promiſsionibus non potuit, propter populi incredulitatem & uerbi Dei contemptũ. Subinde uerò promiſsionibus Deì ſeſe conſolatur & populum, atq; precibus ſuis committit hanc cauſam Deo.

Scribuntur autem hi Threni hoc ordine in hebræo, ut primus uerſus incipiat ab aleph, Secundus à beth, Tertius à gimel, & ſic ordine ſeruata literarum alphabeti ſerie, propter memoriã hoc modo iuuandam, ſicut in quibuſdam pſalmis idem obſeruatur. Porro ſicut ſunt quatuor cap. per orationem Ieremiæ in 5. capite, Sic ſunt etiam quatuor carmi-

na iuxta repetitionem alphabeti in ſingulis capi-tibus.cum planctu queritur,

In capite 1.de infortunio populi & regni Iudai ci.2.de negligentia prophetarū.3.de miſericordia Dei.4.de fame & alijs pœnis peccatorum populi Iuda.5.de templi deſtructione,& populi pœnis, fame,gladio &c. quæ peccatis commeruerant.

DE LIBRO BARVCH.

Liber Baruch ab autore nomen habet,quicunque is fuerit: non enim eſt ueriſimile fuiſſe Baruch, ſcribam Ieremiæ, cuius ſit mentio Iere.45.ſed alterum eiuſdem nominis, non tamen tanto ſpiritu donatum,etc.Ideò conſtat etiam hunc librum non eſſe magni momenti,ſicut neq; tertium & quartum librum Eſræ.

Continet autem hic liber Baruch præter Epi-ſtolam adiectam,quinq; capita, quorū ſumma hæc eſt,quòd ſicut ſcripſit hunc libellum in captiuitate Babylonica,ſic tribuit etiam deo iuſticiam,qui me-ritum Iudæis ſupplicium irrogârit. 2. confitetur peccatum,accuſatq; gentis ſuæ ceruicoſam inobe-dientiam atq; perfidiam. 3. præterea ueniam orat delictorum,et ut Deus ſui populi miſertus tandem reducat eum in patriam.Poſtremò ut fidem in cor dibus illorum excitet, promittit reſtitutionem Iſraelis.Epiſtola uerò Ieremiæ adſcripta & adie-

cta li-

cta libello Baruch eſt admonitio contra idolatriam, ne captiui in Babylone à Deo uero auerſi, Deos colant Babyloniorum. Idcirco grauiſsimè inuehitur in idolatriam, ſuadens, ut uerũ Deum adorent, & ei ſoli ſeruiant.

DE LIBRO EZECHIElis prophetæ.

EZechiel, qui à diuina fortitudinè nomen habet in Chaldæa prophetauit, exordiens ſuã prophetiam iuxta fluuium Chebar. Ductus eſt enim ſub Ieconia rege Iuda (qui & iunior Ioachim dictus eſt) cum Daniele & reliquis Iudæis in captiuitatem, ſexto anno priuſquam Ieruſalem & templum penitus ſunt deſolata. Fuit autem filius ſacerdotis ſicut Ieremias, & eodem tempore cũ Ieremia, necnon idem argumentum tractans, ſcilicet de Babylonica Iudæorum captiuitate, niſi quòd Ieremias Ieroſolymis, Ezechiel autẽ in Chaldæa ſeu Babylone prædixit Iudæorum futuram calamitatem. Deinde Ezechiel ordine Ieremiam prophetam ſequitur. Ita ut Ieremias ſit prior annis & officio, Ezechiel poſterior. atq; ſibi mutuo prophetias comprobarunt. Nam dum illi, qui ſub Ieconia in Babylonẽ migrauerunt, impatiẽtia fracti, cœperunt ægre ferre q̧ obedierant uoci prophetæ Ieremiæ, cuius perſuaſu abducti ſe dederãt Babylonijs,

ad hoc à pſeudoprophetis ſollicitati, quaſi à propheta Ieremia ſeducti fuiſſent. Deus excitauit hunc Ezechielem prophetam in Babylone, ut confirmaret prophetiam Ieremiæ et captiuos conſolaretur.

DIVISIO ſummaria prophetiæ Ezechielis.

A primo cap. præter obſcuram illam quadrigarum uiſionem de regno Chriſti, in omnes quatuor angulos mundi dilatando, quam accepit Ezechiel à Domino, ſtatim in ipſa ſua uocatione, quæ durat uſq; ad 4. caput, uerſatur in hoc uno potiſsimũ uſq; ad 25. caput, quod prædicit multo durius & uehementius quàm Ieremias, quomodo Ieruſalem deſtruatur, & populus cum regibus & principibus peſſum eant: interim tamen addit promiſsiones de reditu in terram Iuda. Porro propheta oſtendit 1. peccata, 2 perfidiam, 3. ſcelera, 4. ſupplicium, 5. captiuitatem Zedechiæ regis & populi Iudaici. Interdum per 1. uiſiones, 2. figuras, 3. ſimilitudines, 4. ænigmata, 5 carmina, 6 allegorias, ut capite 8. 9. 10. 11. 4. 5. 12. 15. 17. 19. 23. 24. Interdum per prophetiam & manifeſtas prædictiones & criminationes, ut cap. 6. 7. 13. 14. 16. 20. 21. 22.

A 25 capite uſq; ad 34. gentibus Iudææ regioni uicinis (quia uocibus ridiculis & contemptibilibus inſultabant Iudæis, fauentes illis cladem illam, & quòd unũ Deum colerent, exprobrantes) multa,

ſicut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ſicut alij Prophetæ, aduerſa uaticinatur, quo generalem curſum operum Dei delinearet. Nam fermè cum impiorum ſucceſſu, electorum & credentium oppreßio apparet. Et econtrà horum ſalus cum illorum interitu commiſcetur. Porrò gentes contra quas prophetat ſunt.

1. Amonitæ. 2. Moabitæ. 3. Idumæi. 4. Philiſtini, cap. 25. 5. Tyrij, cap. 26. 27. 6. Zidonij, cap. 28. 7. Aegyptij, cap. 29. 30. 31. 32.

Quibus addit cap. 33. grauem exhortationem ad pœnitentiam tubæ ſonanti comparans miniſterium uerbi.

A 34. cap. uſq; ad 40. præter malorũ paſtorũ taxationem, & Idumæorum increpationem, pulcherrimè uaticinatur de ſpiritu & regno Chriſti, quiq; ſint futuri tyranni, prope finem mundi in regno Chriſti, nimirum Gog et Magog, qui Turca eſt iuxta cõmunem interpretationem. Vtitur interim egregijs paradigmatis ſeu ſimilitudinibus, ut cap. 37. de oßibus aridis, ducto argumento à reſurrectione corporum.

A 40. cap. uſq; ad finem prophetat de reædificatione Ieruſalem & diuiſione terræ ſecundum tribus duodecim in cõſolationem Iudæorum, quòd nõ dubitarent de reditu in terram promißionis & religionis, atq; politiæ reſtitutione, quæ tamẽ omnia ſpirituali illa uiſione, (ſicut in principio de uiſione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

quadrigarum) uidentur adumbrare cœleſtẽ ciuitatem, id eſt, Eccleſiam Chriſti, quæ cœleſtis & æterna Ieruſalem uocatur, de qua in Apocalypſi.

DE LIBRO DANIELIS Prophetæ.

Daniel qui à iudicio diuino nomen habet, primum in Babylonem ſub Iechonia rege, iuuenis adhuc admodum abductus eſt. Deinde regio fauore promotus eſt, præſertim poſt quam regis Nabuchodonoſor ſomnia interpretatus eſt. Poſtremò manſit ibi per 70. annos, & uixit uſq; ad tempora Cyri Regis Perſarum, ut in fine 1. capitis apparet, & ex cap. 9. manifeſtum eſt. Is tã inſigni ſpiritu præditus fuit, ut non ſolum uiderit uenturum regnum Chriſti & perpetuò manſurũ, atq; alia regna deſtructurũ, ſed etiam numerauit Hebdomadas annorum, quibus Chriſtus uenturus eſſet. Nam in hoc totus incumbit, ut Chriſti glorioſum & æternum regnum magnificè efferat, ac prædicet, & præ illo omnia regna mundi uana & caduca oſtendat. Porrò hic obſeruandum eſt Danielem uti Chaldaico ſermone, uſq; ad initium 8. capitis. Præterea canticum trium puerorum, & Suſannæ Beliq; hiſtoriæ nõ habentur, neq; in Chaldæo, neq; in Hebræo ſermone, neq; teſtimonium habent in ſcriptura, quòd Daniel ſit autor, &c. Ideò ſeparantur

rantur in correctioribus Biblijs à ſcripto Danielis, & ſeorſim per ſe ponuntur, ſuam habentes utilitatem ad ædificationem.

Sunt autem in libro Danielis.

1. Exempla.1.2.4.5.6. cap.
2. Hiſtoriæ 3. cap.
3. Reuelationes. 2.4. cap.
4. Viſiones 7.8.10.cap.
5. Miracula. 3. 6. cap.
6. Conciones.4.5.ca.
7. Orationes. 9. cap.
8. Gratiarum actiones, 2. cap.
9. Prophetiæ.9.11.12.

Duodecim capita Danielis ſic diſcernuntur.

In primo cap. præter hiſtoriam de Daniele & ſocijs eius educatis in aula regis Babyloniæ, proponitur egregium exemplū pietatis in Daniele quomodo uixerit inter gentes.

In ſecundo refertur & ſomnium Regis, & interpretatio eius, per Danielem de quatuor Monarchijs, ubi pingit res. 1. Babyloniorum. 2. Perſarum. 3. Græcorum. 4. Romanorum. Sub quibus Iudæi affligerentur, &c.

In 3. cap. deſcribitur idolatrica regis (poſt defectionem) impietas, & miraculum liberationis triū puerorum ab incendio.

In 4. cap. deſcribitur præter ſomnium de arbore, qua regnum Babylonicum depingitur, pœna ſuperbiæ regis, & in gratiam poſt pœnitentiam actā receptio, peccatorumq; condonatio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

In 5. cap. deſcribitur primum tyrannis Balthazari regis filij regis Nabuchodonoſor, in abuſione ſacrorum uaſorum. Deinde pœna quoq; tyrannidis illius, quòd & regno & uita priuatus ſit.

In 6. cap. deſcribitur Danielis liberatio, & impiorum uindicta ſub Dario Rege Babyloniorum.

In 7. uidet Daniel ſomnium de quatuor beſtijs, quibus quatuor Monarchiæ comparantur.

In 8. capite, uidet aliud ſomnium de afflictione Iudæorum ſub impio Antiocho Alexandri magni ſucceſſore.

In 9. cap. Deum orat pro liberatione Iudæorũ è captiuitate Babylonica, & exauditus fit certior de aduentu Meſsiæ per Angeli Gabrielis annunciationem, de ſeptuaginta Hebdomadibus.

In 10. capite ſingulare quid de Angelis ſcribit, quòd contra malos Angelos pro defenſione regnorum & piorum hominum pugnare non deſinunt.

In 11. capite uaticinatur ordine de mutatione regnorum, & prædicit ſub quibus Monarchijs Iudæi priuſquam Meſsias ueniret, afflictiones paſſuri eſſent. Primum, quòd Darius ultimus Rex Medorum ab Alexandro ſit interfectus. Deinde mortuo Alexandro regnum Græcorum ſit in quatuor regna diuiſum, ut in 1. Aſiam. 2. Syriam. 3. Aegyptum. 4. Græciam.

Poſtremò

Poſtremò quomooo Antiochus,pro ſua tyranni de,populum Iudaicum eſſet afflicturus & perſecuturus, donec à Iuda Machabæo prohiberetur & arceretur.

In 12. capite uaticinatur (iuxta communem interpretationem)ſub nomine Antiochi de Antichriſto, quemadmodum Paulus,2.Theſſal.2. locũ hunc interpretatur. Porrò per regnum Antichriſti non ſolum intelligit Papatum,ſed etiam regnum Turcicum ſeu Mahometicum , à quibus Eccleſia Chriſti ſub finem mundi affligenda eſſet.

Canticum trium puerorum in uulgata æditione locum habet in tertio capite Danielis,ubi creaturas omnes ad laudandum Deum inuitant. Hiſtoria Suſannæ conſolatoria per hoc eſt, quòd homines mendaces & calumniatores produntur & ignomìnia afficiuntur,qui uerò ſunt integri & candidi, liberantur ab infortunio &c.

Hiſtoria idoli Bel fraudem Papiſtarum etiamnũ hodiè prodit,qua miſeros homines per ſuas impoſturas ſeduxerunt hactenus,& adhuc in multis locis ſeducunt.

Hactenus de quatuor maioribus Prophetis.Sequũtur nunc 12. minores Prophetæ in quorum libris unum illud præcipuum argumentum inuenitur, q cupiant Chriſti regnum propagare & ampliare,tametſi diuerſis rationibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Prophetarunt contra decem tribus ſeu regnum Iſrael, ut,

1. *Hoſeas.* 2. *Ioel.* 3. *Amos.* 4. *Micheas.*

5. *Sophonias uaticinatus eſt contra Ieruſalem.*

6. *Ionas.* 7. *Nahum.*	*Prophetauerunt contra Niniuitas.*
8. *Abucuc cōtra Babylonē.*	9. *Abdias contra Edom.*
10. *Haggeus* 11. *Zacharias* 12. *Malachias*	*Populum ad reædificādam ciuitatem urgebant.*

Adhuc aliter.

Anno ante Chriſtū 929.	*Ionas.* *Abdias.*	*ſub*	*Achab.* *Ieroboam.*	*Regibus Iſrael.*

	1. *Eſaias.* 2. *Hoſeas.* 3. *Iohel.* 4. *Amos.* 5. *Micheas.*	*Sub uſia & Ezechia regibus Iuda, tempore migrationis decem tribuū.*
Anno 796. uixerunt & prophetauerūt Prophetæ.	6. *Naum.* 7. *Abacuc.*	*Paulo poſt ſub Manaſſe rege Iuda. Anno 756.*
	8. *Ieremias.* 9. *Zophonias*	*Inſtante migratione Iuda, 663.*
	10. *Ezechiel.* 11. *Daniel.*	*in ipſa captiuitate Iuda.* 599.
	12. *Haggeus.* 13. *Zacharias.* 14. *Malachias.*	*Poſt populi reditum è Babylone, 559.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE LIBRO HOSEAE
Prophetæ.

HOſeas, qui à ſalute nomen habet, propriam & legitimam ſuam uxorem ex mandato Dei duxit, ſed cum tali ignominia, quòd eſt uocata ſcortum illius, ut fit, ubi mundus furit contra miniſtros uerbi. Abſit igitur ut Prophetam in fornicatione uixiſſe ſentiamus. Is initio concionum ſuarum deſpondet Iſraelitas Domino Deo noſtro, in iuſticia & iudicio, in miſericordia & miſerationibus, ac reconciliat eos Dauidi regi ſuo. Sic enim uocat Chriſtum, ut ex ſtirpe Dauid naſciturum.

In fine autem minatur morti magna ſeueritate, Interitus ero (inquiens) mors tua, ô mors, ero morſus tuus inferne.

Interim fortiter & conſtanter in Iſrael contra idolatriam principum ſacerdotum & populi prædicauit. Deinde de Chriſto & regno eius potenter uaticinatus eſt, ut ſunt hæc omnium Prophetarum duo peculiaria officia, alterum ex lege, alterum ex promißionibus, pro quibus, ut hæretici & ſeditioſi ad mortem ducti ſunt.

Porrò capita ſunt 14. quæ ſic diſcerni poſſunt:

Cap. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13. ſunt uaticinia & obiurgatoriæ conciones cõtra regnũ Iſrael, quòd propter idolatriã (quã ſpiritualẽ fornicationẽ

uocat) non ſolum populus, ſed etiam principes & ſacerdotes in corpore & anima, captiuitate corporali, & æterna, à Deo puniantur, quas comminationes mitigat promiſsionibus Dei ne deſperēt, ſed ad Deum reuertantur.

Capite 2.3. 11. 13. & 14. ſunt etiam uaticinia et conſolatoriæ conciones de regno Chriſti, & Euangelij prædicatione de uictoria Chriſti ſuper mortem & infernum pariter, & de populi Iſraelitici ab æterna captiuitate liberatione per fidem in miſericordiam Dei propter Chriſtum.

DE LIBRO IOHELIS Prophetæ.

IOhel qui ab inchoando uel deſiderando nomen habere uidetur, quis fuerit, ex qua tribu, quo tēpore aut ſub quibus regibus uixerit incertū̄ eſt, præſertim quia ipſemet nullam de hoc mentionem facit, niſi quòd creditur fuiſſe eodem tempore cum Hoſea & Amos. Is interim dum contra regnum Iſrael uaticinatur, totus in hoc ferè uerſatur, ut oſtendat quanta mala orbi immineant propter multiplicia & grauia peccata.

Primus Propheta unde Diuus Petrus in die Pentecoſtes ſuam ſumpſit concionem, Acto. 2. Et diuus Paulus allegat Ioelis dictum ex cap. 2. Omnis qui inuocauerit nomen Domini ſaluus erit. Rom. 10.

Cap, 1.

Cap.1.uaticinatur contra regnum Iſrael, futurum ut Iſraelitæ in Aſſyriam abducantur, Intelligit autem Aſſyrios per hæc quatuor genera uermium depaſcentium frumenta & fructus.1.Erucam.2.Locuſtam.3.brucum.4.Rubiginem. Indicans Iſraeliticum regnum ita paulatim ab Aſſyrijs depopulandum ac deuaſtandum.

2 cap.& 3.poſtquam regi Aſſyriorum ſuum interitum prædixit, ad finem uſq; de Chriſti regno & ſpiritu ſancto, & de cœleſti Ieruſalem uaticinatur. Quod autem uallis Ioſaphat meminit in ultimo ca. non tam de extremo iudicio uidetur intelligi debere, (tametſi à iudicio nomen habet) quàm de eccleſia Chriſti (ſicut uallis Achor in Hoſea) in qua gentes uocatæ iudicantur peccatores ad pœnitentiam, per uerbum Dei, quo ſpiritus ſanctus arguit mundum de peccato.

DE LIBRO AMOS.

AMos ab onere ſeu iugo nomen habet, & pluſquam alij prophetæ omnes reſpondet ſuo nomini, ſua ſingulari uehementia, qua per totum librum acerrimè reprehendit Iſraelitas. & inuehitur in eos, tametſi peregrinus apud eos, utpote natus in Iuda tribu, neq; propheta neq; filius prophetæ, ſed paſtor & homo plebeius, ut ipſemet in 7.capite teſtatur. Vixit autem temporibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Hoſeæ & Eſaiæ, ſicut eſt Deus potens uocare tales ſubito quodam & diuino miraculo contra impiam poteſtatem quam ordinariam uocant, ubi neceßitas poſtulat, ſicut ex rudibus & illiteratis piſcatoribus ſpiritus ſanctus fecit apoſtolos. Creditur aũt Amos interfectus eſſe ab impio Amaſia fuſte fullonis. Capita huius libri ſunt 9. quæ ſic diſcernantur,

Ab initio uſq; ad 4. caput uaticinatur contra uicinos Iudæorum & Iſraelitarum, ut fuerunt Reges 1. Syriæ, 2. Paleſtinæ, 3. Tyri, 4. Edom, 5. Amon, 6. Moab prædicens futurum ut à Deo uiciſsim puniantur. Deinde contra Reges Iſrael & Iuda, ſimul cum admonitione de non contemnendis prophetis Dei uaticinatur.

A 4. cap. uſq; ad 7. prophetat ſeorſim contra regnum Iſrael horribiliter, dum eis à Domino minatur, 1. famem, 2. caritatem annonæ, 3. peſtem, 4. rubiginem, 5. gladium, & tandem per Aſſyrios deuaſtationem, Interim taxat illorum peccata, hortatur ad pœnitentiam &c.

A 7. cap. uſque ad finem præter tres uiſiones quas uidit contra regnum Iſrael, ut ſunt 1. de examine locuſtarum, 2. igne incenſo, 3. Regula ſuper murum, conflictatur cum impio Amaſia ſacerdote cui minatur ſummum infortunium. Deinde inſectatur

ctatur diuitum auaritiam, & oppreßionem pauperum.

In fine locum inſignem ſubiungit de regno Chriſti, qui citatur à Iacobo apoſtolo Acto.15. ſicut etiã locus in 5.cap. citatur à Stephano.cap.3. Quòd autem in primo cap. de tribus & quatuor ſceleribus mentionem facit, peccati magnitudinem & multitudinem adeoq; impœnitentiam & defenſionem intelligit. Tria enim & quatuor faciunt ſeptem, finalem numerum in ſcriptura ſacra &c.

DE PROPHETIA
Abdiæ.

ABdias nomen habet à cultu Dei, quòd ſeruus ſeu cultor Dei ſit. Putatur fuiſſe prophetarum antiquißimus, ſicut & Ionas, tempore nimirum Achab & Ieroboam Regum Iſrael. Hic inuehitur aduerſus Edomitas, quibus afflictio Iſraelitarũ magnæ erat uoluptati. Fuit autem Edom frater Iacobi nempe Eſau, & ſicut ipſe odio habuit fratrem, eo quòd ei præripuit benedictionem primogenituræ, ſic tota poſteritas eius odio habuit, & quibus potuit iniurijs affecit poſteritatè Iocob, id eſt, Iſraelitas, omnibus hoſtibus eorũ adhærẽs, et perfidiã ſuæ mentis declarans, ut Pſal. 137. Memor eſto Domine filiorum Edom in die Ieruſalem, qui dicunt: Vaſtate uaſtate omnia uſq; ad fundamentum eius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Eſt autem unum caput cuius ſumma hæc eſt.

Abdias.1. prædicit Idumæis interitum. 2. conſolatur Iudæos. 3. oſtendit ſalutem eſſe in Sion 4. fratri nullam iniuriam irrogandam docet. 5. docet colendum Deum.

DE LIBRO IONAE Prophetæ.

IOna columbam ſignificat, Vixit autē Ionas paulo ante Eſaiam, ſub Rege Ieroboam, propheta fuit in Iſrael eo tempore, ut in ultimo libro Regum cap.14. ſcriptũ eſt in hunc modum: Iuxta ſermonem Domini, quemadmodum locutus eſt per ſeruum ſuum Ionam filium Amithai prophetam, qui fuit de Gad Hepher &c. Conſtat autem Gad Hepher ciuitatem fuiſſe in tribu Zebulon, ut Ionas fuerit Iudæus, & non ethnicæ uiduæ filius, tempore Heliæ, cuius fit mentio Luc. 4. ut quidã de Iona fabulantur. Mittitur autem in Aſſyriam prædicaturus contra ciuitatem Niniuen, quæ fuit potentiſſima, necnon totius regni Aſſyriorum metropolis, unde licet animaduertere, Deum non tum ſolum Iſraelitarum, ſed etiam gentilium curam habuiſſe. Celebre eſt apud Matth.12. cap. quòd Ionas fuerit typus Chriſti morientis ac Reſurgentis. Sicut Ionas enim fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus no-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

Quatuor tantum ſunt capita.

In primo capite miraculoſa ſatis hiſtoria deſcribitur, quomodo Ionas in uentrem ceti ſit coniectus, & per triduum in profundo maris huc illucq́; iactatus.

In 2. cap. Canticum & gratiarum actio Ionæ ad Deum pro liberatione ex uentre ceti, ubi ſignificat quid animi in uentre ceti habuerit, omni hora uitæ ſuæ finem adeſſe cogitans, et opus Domini, qui ſolus potens eſt, in cœlo, terra, mari, & omnibus abyßis prædicat.

In 3. cap. præclarum exemplum pœnitentiæ in Niniuitis, & omnibus peccatoribus imitandum, ubi ſeorſim hæc obſeruanda ſunt, & nullo modo negligenda ſeu prætereunda, ꝙ 1. Deus ſit etiam gentium Deus. 2. ſit potens, bonus & iuſtus. 3. quæ ſit pœnitentia. 4. uerum ieiunium ſeruiat ad pœnitentiam agendam.

In 4. cap. deſcribitur hiſtoria de ſollicitudine Ionæ carnali, qua ſibi proſpectum uoluit cum iactura proximorum, ut eſt hominum imbecillitas magna, & caro timida, etiam in ſanctis, Sed in Deo eſt miſericordia & clementia (ut hic in Iona quoq; & Niniuitis manifeſtè apparet) erga omnes peccatores, modò reſipiſcant, &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE LIBRO MICHEAE *prophetæ.*

MIcheas uixit eodem tempore & ſub eiſdē regibus, quibus Eſaias Hoſeas & Amos uixerunt, ut in titulo ſatis apparet. Prophetauit & contra duas & contra decem tribus, hoc eſt contra 1. Reges, 2. iudices, 3. ſacerdotes, 4. pſeudoprophetas, tam in Iuda quàm in Iſrael. Prædicitque perditionem eorum, qui uerbum Domini abiecerunt & ſine timore Dei uana ſecuti ſunt. In hoc autem præcipuè celebris eſt, quòd non ſolum promittit Chriſtum uenturum, nec exponit tantū beneficia regni eius, ſed etiam indicat nobis locum natiuitatis eius. Tu Bethlehem &c. quod citatur Matthæi 2.

Sunt autem ſeptem capita, quæ ſic diſcerni poſſunt.

In primis tribus capit. ſunt obiurgatoriæ conciones & prophetiæ nunc in genere contra Iſraelis & Iudæ impietatem ac idolatriam pariter & ſcandaloſam uitam, nunc in ſpecie contra ſumma capita, tum in religione tum in politia, niſi quòd interim cap. 2. in fine credentes per promiſsionem de aduentu paſtoris Chriſti conſolatur.

In quarto & quinto ſunt egregiæ promiſsiones & conſolationes de regno Chriſti per apoſtolorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

rum prædicationem in uniuerſum orbem dilatan-do. In 6. & 7. cap. nunc populi impietatem & auaritiam repræhendit, nunc ſuper mundi malitiam, quanta ſuo tempore fuerit conqueritur, & in fine, promiſsionem annectit de regno Chriſti in Ieruſalem inchoando, & in omnes gentes dilatando, damnata interim Synagoga.

DE PROPHETIA NAhum prophetæ.

NAhum à conſolando nomen habet, & conſolatur afflictos Iſraelitas, per hoc, quòd contra Aſſyrios uaticinatur, quòd populũ Iſrael & Iuda turbarent & exercerent. Quanquàm autem ex ſcriptura non poteſt haberi, quo tempore & ſub quo Rege Nahum prophetauerit, tamen uidetur poſt Ionam & paulo ante Eſaiam uixiſſe. Prophetat ſubuerſionem Niniuæ, quæ poſt prædicationem Ionæ relapſa fuerat ad impietatẽ.

Sunt tria tantum capita quæ ſic diſcerni poſſunt, quòd ſit tripartitum uaticinium contra Aſſyrios, & potentiſsimam ciuitatem Niniuen.

In primo cap. generaliter de regni Aſſyriaci perditione uaticinatur.

In 2. cap. ſpecialiter adfuturum eſſe in primis Babylonicum hoſtem prædicit.

In 3. cap. cauſam indicat perditionis, enumerans

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Aſſyriorum horrenda ſcelera, quorum ſumma genera ſunt, 1. Fornicatio. 2. Latrocinium. 3. Mendacium.

Fornicatio in falſo cultu Dei ſeu in falſa doctrina, latrocinium in iniuſtis grauaminibus & exactionibus publicis ad pompam tantum deſtinatis. Mendacium in contractibus & actionibus. Finis huius uaticinij conſolatio Iudæorum eſt, quibus annunciat prædicationem pacis, haud dubiè reſpiciens ad tempus noui Teſtamenti, ſeu Euangelij Chriſti, quando pax æterna Iudæis eſt prædicata per ipſum Chriſtum & Apoſtolos.

DE PROPHETIA ABACVK.

ABacuk ab amplexando nomen habet, & amplexator Latinè dicitur, ſuo nomini reſpondens. Sicut enim mater infantem amplecti ſolet, uel alij alios, pectus pectori, cor cordi iungentes, in amplexu, dum eos conſolantur. Ita Abacuk populum Iudaicum, ut maximè conſolatur, & ut in aduerſitatibus in fide conſtantes ſint, hortatur, Ita ut diuus Paulus, Rom. 1. præclaram huius Abacuk ſententiam allegauerit ex cap. 2. Iuſtus ex fide ſua uiuit, &c.

Abacuk uidetur uixiſſe cum Ieremia, ſed inſtante captiuitate Babylonica, poſtquam hic ut Iudaicus Propheta, primum contra populum Iudaicum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Deinde contra Babylonios uaticinatus eſt. Fabula eſt fuiſſe hunc Abacuk, qui raptus ab angelo Danieli cibum in lacu leonum deiecto porrexit.

Quatuor ſunt capita, quæ ſic diſcerni poſſunt.

In primo capite uaticinatur partim contra Iudæos, præmittens legis concionē Euangelicæ conſolationi, quæ ſequitur in 2. cap. & potentiam Babyloniorum maximam eſſe demonſtrans. partim à Deo pia expoſtulatione contendit, ut liberato populo ſumat de rege Babyloniorum ultionem.

In 2. ca. ſubiungit Euangelicam ex promißionibus diuinis & Propheticam conſolationem, de aduentu Meßiæ, citò uenturi, ſed interim firma fide expectando.

In 3. cap. prophetat de interitu regni Babylonici, præmittens Diabolicam arrogantiam Regis Babylonici contra Deum, & iniuſtam diuitiarum collectionem contra proximum, quæ ſunt duo horrēda latrocinia, ſcilicet ſpoliare Deum ſua gloria & homines ſuis bonis.

In quarto capite præmiſſa gratiarum actione et longa beneficiorum Dei commemoratione, tandē orat, ut regnum Babylonicum diuinæ maledictioni ſit obnoxium, niſi quòd in fine rurſus lætus Iudaicum populum conſolatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE PROPHETIA
Zephoniæ.

ZEphonia Dei arcanum ſignificare uidetur, non inconueniens nomen Prophetæ Dei, qui uidet arcana Dei. Hoc Euangelium & regnum Chriſti æternum promiſsionibus, uiſionibus ac reuelationibus Propheticis, uſq; ad tēporis plenitudinem inuolutum, ut Diuus Paulus id myſterium uocat Ro. ultimo. Titulus in 1. capite oſtendit quis fuerit Zephonia, ex quibus parentibus natus ſit, & quo tempore uixerit. Fuit enim coæuus Ieremiæ Prophetæ, & eadem ferè quæ ille, ſed breuius & ſuccinctius prophetauit, nimirū urbis Hieroſolymitanæ deuaſtationem, necnon hoſtium & totius regni Iuda interitum, & Iudæorum per Chriſtum liberationem.

IN SVMMA.

Prophetauit, 1. impijs Iudæis interitum. 2. Ipſis gentibus exterminium. 3. Credentibus Iudæis liberationem per Chriſtum naſciturum.

Capita ſunt tria tantum, quæ ſic diſcerni poſſunt.

In primo capite criminatoria concione malum, id eſt, interitum ac deuaſtationem regni Iudaici, per Regem Babyloniæ uenturam propter impietatem & auariciam Iudæorum prophetat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

In ſecundo capite Iudæis pœnitētiam prædicat. Deinde uicinis gentibus, ut 1. Moabitis. 2. Amonitis. 3. Philiſtæis. 4. Aſſyrijs, & 5. Niniuitis interitum prophetat.

Poſtremò ſpem facit eiſdem gentibus, quòd regni Chriſti participes futuræ ſint, indicans Dominum in inſulis gentium adorandum eſſe.

In 3. cap. partim impœnitens cor Iudæorum grauiter obiurgat ac reprehendit, partim magnifica & eximia concione de regno Chriſti in uniuerſum mundum propagando Iudæos conſolatur, non parcens interim primoribus in religione pariter & in politia: quia principes ſunt quidem honorandi, ut principes, ſed interim arguendi, ut peccatores.

DE LIBRO HAGGAEI Prophetæ.

HAggæus à feſtiuitate, & gaudio nomen habet, is poſt captiuitatem Babylonicam ſub Dario Hiſtaſpe prophetauit, & populum ad reædificandum templum ſeriò urgebat, ut cultus Dei rurſus inſtitueretur. Nam huius ſecundæ domus maior erat futura gloria, nempe ad quam Dominus Iſrael, ille uerus Meßias, in propria perſona uenturus erat, quemadmodum etiam Malachias ſcribit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Duo tantum ſunt capita.

In primo cap. populi ingratitudinem & auaritiam reprehendit, ac eis mala minatur, nempe infortunium ac egeſtatem, qui proprias domos magnificè ædificari curarunt, & ad templi reædificationem nihil contulerunt.

In ſecundo capite ſunt itidem comminationes propter eandem cauſam pariter & promiſſiones, quòd Chriſtus ipſe templum ſecundum, ſua præſentia, doctrina & miraculis ornaturus & illuſtraturus eſſet.

DE LIBRO ZACHARIAE.

ZAcharias qui à memoria diuina nomen habet, inter nouiſſimos Prophetas unus, uixit eodem tempore cū Haggæo propheta poſt reditum è Babylonica captiuitate. Tractat & idē argumentum cum Haggæo, nimirum inſtans ac urgens, ut templum reædificetur, idq; propter Chriſtum, qui uenturus erat ad templum ſanctum ſuū. Ideo manifeſtè prophetat de pompa Chriſti, futurum ut aſinæ & pullo aſinæ inſideret, quod factū eſt ipſo die palmarum.

Deinde prophetat etiam de ipſius uenditione, pro triginta argenteis, quæ per Iudā proditorem facta eſt.

Deinde de perfoßione lateris ipſius (ut allegat Ioannes 17. cap.) ſatis clarè uaticinatur. Habet interim obſcuras aliquot uiſiones, quibus adumbrantur myſteria Chriſti, quæ tādem explicat per effuſionem gratiæ & precum, cap. 12. & 13. cap. quæ ſic diſcerni poſſunt.

In primo capite, præter exordium, in quo manifeſtè Iudæos ad pœnitentiam hortatur, & præter orationem angeli pro Ieruſalem, ſunt tres uiſiones, 1. de equis ruffis. 2. quatuor cornibus. 3. quatuor fabris lignarijs, quibus & Iudæis pacem uaticinatur, & eos ad reædificandum ciuitatem Ierofolymam hortatur.

In 2. cap. Primum eſt unica uiſio de funiculo menſorio, qua populum iterum ad reædificandam Ieruſalem hortatur.

Deinde ſunt egregiæ promißiones de regno Chriſti, diuinaq́; præſentia, & protectione piorum, adeoq́; de uocatione gentium, unde populum ad gaudendum, & iubilandum hortatur.

In 3. cap. primum eſt uiſio de Ioſua ſummo ſacerdote, in ipſius conſolationem & ciuitatis reædificationem. Deinde rurſus promißiones de Chriſto, quem & germen, propter Euangelium & fidem, & angularem lapidem propter Eccleſiam, uocat.

In quarto capite deſcripta eſt uiſio de candela

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

bro aureo in conſolationem ducis Zorobabel; & adhortationem ne à templi reædificatione, metu hoſtium deterreantur.

In quinto capite deſcripta eſt duplex uiſio, ſcilicet de uolumine uolante, id eſt, de literis & ſigillo. Deinde de Ephi ſeu modio, quibus Prophetæ pſeudoprophetarum aduentus in Iudæam ab angelo nunciatur.

In 6. cap. deſcripta eſt uiſio de quatuor quadrigis in quibus adumbrari uidetur regnum & Euangelium Chriſti (quem hic quoq; zamen, id eſt, germen uocat) in uniuerſum orbem propagandum.

In 7. & 8. cap. ſunt admonitiones, et conciones contra hypocriſin Iudæorum in electicio ieiunio. Deinde hortatoriæ ad templi reædificationem. Poſtremò conſolatoriæ de regno Chriſti.

In 9. & 10. ſunt prophetiæ de aduentu Chriſti & regni eius humilitate, per hoc quòd facit eum ſedere ſuper aſinum. Deinde de potentia Alexandri magni, qua Deus portas mundi aperuit, ut intraret rex gloriæ cum ſuo ſancto Euangelio.

In 11. 12. 13 ſunt itidem Prophetiæ, & quidē grauiſſimæ de paſſione Chriſti, quòd futurum eſſet, ut uenderetur in manus Iudæorum, de deſolatione populi Iudaici propter incredulitatem, & de Euāgelio inter gentes prædicando, poſtquam percuſſus fuerit paſtor, id eſt, poſt paſſionem Chriſti.

In

In ultimo cap. ſunt duæ prophetiæ, quarum altera ſynagogæ totiuſq; Leuitici cultus abrogationem, altera tentationes & uictoriam Eccleſiæ continet.

DE LIBRO MALACHIAE prophetæ.

Malachias qui apud hebræos angeli nomen ſortitus eſt, ultimus inter prophetas habetur, utpote proximus ante Chriſti aduentum, quem in foribus eſſe & Ioannem baptiſtam (ſub nomine Eliæ comprehenſum) Chriſti præcurſorem fore prædicit. Vtrum hic Malachias fuerit Eſras, ut quidam opinantur, incertum eſt. Egregias ſententias habet, de Chriſto & Euangelio quod uocat mundam oblationem in uniuerſo mundo. Sunt autem quatuor capita, quæ ſic diſcerni poſſunt.

In 1. cap. nunc Iudæorum in genere, nunc ſeorſim ſacerdotum auaritiam & ingratitudinem reprehendit, illos, quia quod immundum erat nihilq; ualebat, in ſacrificiũ apportarẽt, hos uerò quia Domino offerebant immunda, Mox in ipſis comminationibus de regno Chriſti & oblatione munda, uidelicet de Euangelio uaticinatur.

In 2. cap. pergit reprehendere & uehementer obiurgare ſacerdotes, admonẽs eos ſui officij, quod tam ſanctum eſt, ut angelicum ei nomen adſcriba-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

tur. Seorſim inuehitur in eos, qui malæ tractationis ab uxoribus accuſantur, adducens exemplum Abrahæ, quod non uult eos temerè imitari.

In 3. cap. præmittit uaticinium de præcurſore Chriſti pariter & de utroq; aduentu Chriſti, ſcilicet in carnem & ad iudicium.

Deinde rurſum obiurgat Iudæos ob ingratitudinem erga miniſterium uerbi.

In 4. cap. ſubiungit, ut breuiſsimam, ita grauiſsimam adhortationem ad uerum timorem Dei, pijs gaudium & conſolationem, Impijs uero pœnam et interitum annuncians. Nos igitur admonitionibus diuinis obediamus & Deum timentes, ſecundum Domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum expectemus.

Tantum de prophetis & libris prophetalibus, ex quibus doctrina noui Teſtamenti confirmatur, & prophetarum ſententiæ tam à Chriſto quàm ab apoſtolis in teſtimonium citantur. Sint igitur nobis propter conſolationẽ quàm commendatiſsimi.

DE LIBRIS MACHABAEorum.

LIbri Machabæorum à Iuda Machabæo nomẽ habent, propter ipſius egregia facta quæ in eis deſcribuntur. Eſt autem nouiſsima hiſtoria ueteris teſtamenti de rebus Iudaicis, geſtis ab Alexandri magni temporibus, uſq; ad Chriſtum,

quando

quando populus Dei iam non reges & prophetas, ſed principes & pontifices habuit, ut fuerunt in ueteri teſtamento quatuor poteſtates in populo Dei electo, ſcilicet, 1. patria, 2. iudiciaria, 3. regia, 4. pontificia poteſtas, pro quibus in nouo teſtamento regnat ſolus Chriſtus, 1. pater futuri ſeculi, 2. Iudex uiuorum & mortuorum. 3. Rex regum. 4. pontifex æternus. Porro libri Machabæorũ inter apocryphos, & non inter Canonicos libros numerantur, tametſi primus liber, quem ſanctus Ieronymus hebraicum ſe reperiſſe teſtatur, dignus eſſe uidetur, qui inter Canonicos libros computetur, præſertim cum ſit illorum, quæ Daniel cap. 12. uaticinatus eſt, deſcriptio ueriſſima, nempe de perſecutione Iudæorum per Antiochum.

Diuiditur autem primus liber in quinq; partes, iuxta circumſtantiam perſonarum. Sunt enim in hoc libro quinq; illuſtres perſonæ, quarum res geſtæ pro maiori parte hiſtorico ordine deſcribuntur, ut ſunt, 1. Matathias, 2. Iudas Machabæus, 3. Ionathas, 4. Simon filij, 5. Ioannes Simonis filius.

A 1. cap. uſq; ad 3. & Antiochi (quem radicem peccati ſcriptura uocat) impietas & crudelitas, & Matathiæ ſacerdotis atq; filiorum eius zelus & conſtantia deſcribuntur, ut ſit perpetuum uerbi miniſtris exemplum in perſecutione.

A 3. cap. uſq; ad 9. deſcribuntur fortia facta Iudæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Machabæi, ut 1. bella, 2. uictoriæ, 3. purificatio templi, 4. confœderatio cum Romanis & uariæ conflictationes cum uicinis gentibus & earum principibus quos expugnauit uel fugiendo uel interficiendo eos, quorum nomina hic infra ſequuntur.

1	Apollonius	
2	Seron	interfecti ſunt cap. 3.
3	Gorgias	
4	Licias	fugati cap. 4.
5	Timotheus cum Amonitis & Galaoditis	debellati cap. 5.
6	Filij Eſau	
7	Antiochus, Antiochi tyranni demortui filius fœdifragus cum ſuo principe Lyſia & ſuis elephantis.	domum dimiſſi cap. 6.
8	Alchimus Iudæus rediens ad Demetrium.	cap. 7.
9	Nicanor interfectus.	

& tandem Iudas ipſe poſt confœderationem cum Romanis factam cap. 8. ſuccubuit in bello, quod Iudæis ex mandato Demetrij poſt mortem Nicanoris per Bacchidē et Alchimū Demetrij regis principes illatū eſt cap. 9. O ducem pijſſimum & in religione Iudaica conſtantiſſimū Heroa, gentisq; ſuæ fortiſſimū propugnatorē ac defenſorem, qui tandē in uera confeſſione proſtratus, fortiter obijt, pro gloria Dei uindicanda.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

A 9. cap.uſq; ad 13. deſcribitur hiſtoria Ionathæ fratris Iudæ Machabæi, cui negocium fuit cum utroq; Demetrio, cum Bacchide & Alchimo, de quibus uictoriam obtinuit, fratris ſui Simonis adiutorio. Deinde cum principibus iunioris Demetrij, donec à Triphone per dolum interfectus eſt: præclarus zelotes pro religione & uero cultu Dei.

A 13 cap.uſq; ad 16. deſcribitur hiſtoria Simonis fratris Iudæ Machabæi & Ionathæ, Fuit autem Simon pacificus, donec & ipſe per dolum in conuiuio trucidatus eſt.

In ultimo cap. poſt interfectum Simonem ſucceßio filij illius Ioannis ad finem libri deſcribitur.

DE SECVNDO LIBRO Machabæorum.

SEcundus liber Machabæorum eſt pro maiori parte repetitio eorum, quæ ſunt in primo libro deſcripta, præſertim quantum ad Iudam Machabæum attinet. Sunt autem 15. capita quæ ſic diſcernuntur.

In primis ſeptem cap. deſcribitur afflictio populi Iudaici tam per inſidias & perditionem Simonis cuiuſdam Iudæi, quàm per crudelē Antiochi tyrannidem, ubi non tantū Iudæ Machabæi (qui cū feris uitam agebat in deſerto) conſtantia, ſed etiam ſeptem fratrum, qui cum matre ſua martyrio coronati ſunt, commendatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

In octo reliquis Iudæ Machabæi fortia facta re-petuntur uſq; ad finem libri.

Hactenus de libris Machabæorum, adeoq; de to-tius ueteris teſtamenti libris, ſcilicet, 1. Legalibus. 2. Hiſtoricis. 3. Doctrinalibus. 4. Propheticis. Qui omnes computati numero ſunt 48. tam apocryphi quos uocant, quàm autentici, de quibus Chriſtus, Ioan. 5. loquitur dicens, Scrutamini ſcripturas.

Finis ueteris Teſtamenti.

De libris No-
VI TESTAMENTI.

NOuum Teſtamentum continet libros, qui poſt reuelatum Chriſtum ſcripti ſunt, partim Euangelici, partim Epiſtolares, partim aliâs hiſtorici, numero 27. etiam minimos cõputando, qui ſaltem unum capitulum continent, ut Epiſtola Pauli ad Philemonem, Iudæ & Ioannis duæ poſteriores, &c.

DE LIBRIS EVAN-gelicis.

LIbri Euangelici ſunt quatuor, nimirũ à quatuor Euangeliſtis. 1. Matthæo. 2. Marco.

3. Lu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

3 Luca. 4. Ioanne ſcriptis, & dicuntur Euangelici, quia ſeorſim Ieſu Chriſti Euangelium continent, id eſt, lætum nuncium de gratuita remiſsione peccatorum propter mediatorē Chriſtū conſequēda.

DE EVANGELIO MATthæi.

Matthæus à donando nomen habet, qui ut primus inter Euangeliſtas Euangelium ſcripſiſſe fertur, nempe ſtatim poſt aſcenſionem Chriſti, ita primum locum inter eos tenet. Sunt autem hæ partes huius Euangelicæ hiſtoriæ principales.

A 1. cap. uſq; ad 5. præmittuntur quaſi exordij loco, non ſolum ea quæ pertinent ad genealogiam & natiuitatem Chriſti, ut 1. enumeratio perſonarum in generationibus ab Abraham ad Chriſtum, 2. Reuelatio facta Ioſepho, 3. Magorum aduentus, 4. Tyrannis Herodis, Sed etiam Ioannis Baptiſtæ uita & doctrina, nec non baptiſmus & tentatio Chriſti, priuſquam Euangelium prædicandum inchoauit & diſcipulos uocauit.

A 5. cap. uſq; ad 8. deſcribitur Chriſti ſermo, quem habuit in monte coram diſcipulis, ut uerè legalis contio, qua iacto ſolido fundamento, parauit eos ad Euangelij miniſterium, diſſerens in 5. capite ordine 1. de beatitudine et præmijs bonorum ope-

rum, 2.officio apoſtolorum, 3.uera legis interpretatione, 4. Eleemoſyna, 5. oratione, 6. Ieiunio, 7. ueris diuitijs, 8.confidentia in Deum in 6.capite. 9. Iudicij ſynceritate, 10.orandi aßiduitate, 11. naturali æquitate, 12.de diligentia in uitanda falſa doctrina, 13.ſtudio uiuendi ſecundum Dei uerbum.

In ſumma, legem eſſe pædagogum ad Chriſtum oſtendit, hæc eſt fundamentalis ipſius contio & generalis enarratio legis.

Ab 8.cap.uſq; ad 10.confirmat doctrinam egregijs miraculis & beneficijs, quibus & terra & mari, miſeris & afflictis hominibus ſuccurrit, & ſe noſtrum eſſe ſaluatorem oſtendit.

A 10.cap.uſq; ad 13.primum informat, confirmat & conſolatur ſuos apoſtolos in miniſterio uerbi. Deinde Ioannis quoq; diſcipulos confirmat, ipſum Ioannem commendat, multorum incredulitatem damnat, & Deo patri pro puſillo grege gratias agit, Sathanæ iugo nobis auferendo ſuumq; nobis uicißim imponendo. Poſtremo præter diſputationē cum phariſæis de ſabbatho, de ſignis &c. iterũ claret miraculis, & ſuam manſuetudinem non extinguendo linum fumigans oſtendit.

A 13.cap.uſq; ad 19.primum deſcribit Matthæus parabolicas aliquot Chriſti conciones, de ui & efficatia uerbi Dei, Deinde indignam Ioannis Baptiſtæ mortem &c. 2. Chriſti diſceßionem, 3. cum

phariſæis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

phariſæis contentionem, 4. multorum ægrotorum
ſanationem, 5. Petri & apoſtolorum confeßionem,
6. Chriſti transfigurationem, 7. Chriſti erga magi=
ſtratum obedientiam, 8. paruulorum & puſilli gre
gis conſolationem. Poſtremo ſubiungit de ſcandalo
& Remißione fratris illuſtrata per parabolam de
iniquo diſpenſatore, quæ pars rerum in Galilæa ge
ſtarum, ſummam Chriſti ſollicitudinem pro ſalute
generis humani, ſummamq; in officio docendi mi=
raculaq; edendi, diligentiam oſtendit.

A 19. cap. uſq; ad 26. deſcribit primum Chriſti
migrationē à Galilea in Iudæā, & inter uias diſpu=
tationes, nunc cum phariſæis ac ſcribis, nūc cū pro
prijs diſcipulis, prædicendo interim ſuam paßionē
& duos cæcos ſanando. Deinde ingreſſum eius in Ie
ruſalē, & acerrimā adeoq; nouißimā in officio præ
dicandi diſputationē cū Iudæis, per tria cap. 21. 22.
23. cuius diſputationis ac obiurgationis, hæ ſunt
præcipuæ partes, ſcilicet, 1. de baptiſmo Ioannis, 2.
duobus filijs & uinea, 3. angulari lapide, 4. nuptijs
filij regis, 5. Tributo dando Cæſari, 6. uxore ſeptem
fratrū & Reſurrectione mortuorū, 7. magno man
dato in lege, 8. Chriſto filio Dauid, 9. maledictio=
nibus ſuper phariſæos & Ieruſalem. Poſtremo
deſcribit colloquium Chriſti cum diſcipulis in mon
te Oliueti de deſtructione Ieruſalē & de fine mun
di, cum grauißimis adhortationibus ad uigilandum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

adductis parabolis,1.de malo ſeruo,2.de decem uirginibus,3.de talentis,cum narratione de forma iuditij in extremo die.

A 26. cap. uſq; ad finem libri deſcribit Chriſti paßionem,mortem,Reſurrectionem.

Porro paßionis Chriſti hiſtoria in ſex partes principales cõmodißimè diſtribui poteſt,iuxta hũc uerſiculum.Cœna,hortus,Caiphas,Pilatus,cruxq́;, ſepulchrum.Tantum de Euangelio Matthæi, quis autem fuerit Matthæus ante conuerſionem,et quo modo conuerſus & uocatus ſit,uide cap. 9.Matth.

DE EVANGELIO S. Marci.

MArcus ea quæ Matthæus copioſius deſcribit compendioſè complectitur, cuius Euangelij liber, in duas principales partes commodißimè diuidi poteſt. Prior pars ab initio ſit uſq; ad 10. cap. ubi deſcribuntur ea, quæ Ieſus docuit & fecit in Galilæa.Poſterior pars eſt à 10. cap.uſq; ad finem,ubi deſcribuntur ea,quæ docuit, fecit & paſſus eſt in Iudæa. Reliqua nihil habent difficultatis in diuidendo, modò cum Euangelio Matthæi conferantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE EVANGELIO S. Lucæ.

LVcas qui fuit indiuiduus comes Pauli (ſicut Marcus Petri ut quidam uolunt) non ſolum eſt Marco, ſed etiam Matthæo copioſior, tã in Euangelio, quàm in actis Apoſtolorum. Capita ſunt 24. quæ ſic diſcerni poſſunt.

Ab initio uſq; ad 4. caput deſcribit & conceptionem & natiuitatem, tum Ioannis Baptiſtæ tum ipſius Chriſti. Deinde prædicationem & carcerem Ioannis, Chriſti uerò baptiſmum & genealogiam ſubiungit.

A 4. cap. uſq; ad 10. poſt hiſtoriam tentationis deſcribit Chriſti doctrinam & miracula, quæ fecit in Galilæa, ut 1. in Nazareth. 2. Capernaum. 3. Stagno Genezareth. 4. alijs locis Galilææ, diſputans interim cum Phariſæis de ſabbato, eligens Apoſtolos & populum inſtituens, Centurionis ſeruum ſanans, & filium uiduæ ſuſcitans, mox quomodo Ioannem coram turba, peccatricem uerò corã Simone Phariſæo commendauerit, & parabolam ſeminis explicuerit, dæmoniacumq; ſanauerit, atq; mulieris fluxum ſanguineum ſiſtens, etiam principis filiã reſuſcitauerit. Poſtremò quomodo diſcipulis, 1. inſtructis. 2. Emiſſis. 3. Reuerſis, poſtquã eſt in monte transfiguratus, reliquerit Galilæam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

A 10.cap. uſq; ad 20. deſcribit ea quæ Chriſtus docuit & geßit in uia uerſus Ieruſalem. Docuit autem uel ſimpliciter, uel in parabolis.

Simpliciter.

1. Inſtituit ſeptuaginta diſcipulos
2. exprobrat ciuitatibus incredulitatem
3. agit gratias patri
4. admonet legisperitum
5. commendat Mariam ſororem Marthæ
6. Docet diſcipulos orare
7. obiurgat phariſæos
8. admonet diſcipulos
9. minatur impœnitentibus
10. perſtringit Herodem
11. perſtringit auaros phariſæos
12. prædicit ſcandala
13. prædicit extremum diem
14. uocat ad ſe pueros
15. recitat præcepta ſecundæ tabulæ
16. admonet diuites
17. prædicit ſuam paßionem
18. conuertit Zachæum.

In parabolis, ut de

1. Semiuiuo relicto
2. amico panes mutuo dante
3. forti armato

4. Signo

4. Signo Ionæ
5. Lucerna accenſa
6. diuite epulone
7. Seruo fideli & infideli
8. arbore fici
9. grano ſynapis
10. fermento
11. anguſta porta
12. primo loco & nouißimo
13. cœna magna
14. ædificatione turris
15. centum ouibus
16. decem drachmis
17. filio prodigo
18. diſpenſatore iniquo
19. diuite & Lazaro
20. Seruo arante
21. Iudice ſeuero
22. Phariſæo & publicano
23. decem minis

Quæ autem geßit hiſtoriæ ſunt & miracula, ut quando 1. dæmonium mutum eiecit. 2. mulierem contractam erexit. 3. Hydropicum ſanauit. 4. decem leproſos mundauit. 5. cæco uiſum reſtituit. 6. ſedit ſuper Aſinum. 7. fleuit ſuper Ieruſalem. 8. Vendentes & ementes eiecit è templo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

A 20. cap. uſq; ad 22. ea ſunt deſcripta, quæ Chriſtus in templo Hieroſolymitano docuit, & cũ Phariſæis diſputauit.

Deinde quæ foris è regione Ieruſalem cum diſcipulis contulit contra Phariſæos, adduxit in medium,

1. Quæſtionem de baptiſmo Ioannis. 2. Parabolam de uinea. 3. Prophetiam de lapide angulari. 4 Rurſum de tributo dando Cæſari. 5. Dilutionem argumenti Saducæorum. 6. Propoſitionem de Chriſto filio Dauid. 7. Eleemoſynam uiduæ. cum diſcipulis contulit 1. de ſtructtura templi. 2. Pſeudoprophetis. 3. perſecutione. 4. extremo die. 5. uitatione ebrietatis.

A 22. cap. uſq; ad ultimũ caput deſcribitur hiſtoria paßionis & mortis Chriſti, quomodo poſt cœnam & colloquium cum diſcipulis ſit, 1. à proprio diſcipulo traditus, 2. à Iudæis comprehenſus, 3. à gentibus crucifixus.

In ultimo cap. Reſurrectionis hiſtoria primum, Deinde apparitionis, poſtremò aſcenſionis deſcripta eſt, præter egregium illum locum de doctrina pœnitentiæ, Remißionis peccatorum in omnes gẽtes prædicanda.

Summa huius diuiſionis.

Per tria ſex decem, duo bis quibus additur unũ,
Lucæ Euangelij diuide particulas.

Item

Item Orauit, docuit Chriſtus, fit uictima uictor.

DE EVANGELIO S. Ioannis.

IOannes, qui à gratia nomen habet, à Chriſto maximè dilectus, poſt alios Euangeliſtas ſuum Euãgelium ſcripſit, & ut plurimum circa doctrinã Chriſti uerſatur, præter pauca miracula, quæ nõ ſunt ab alijs Euangeliſtis deſcripta. Quemadmodũ ultra omnes Apoſtolos in terra uixit, Ita plures hæreſes cõtra diuinitatem Chriſti ſuppullulãtes uidit, unde ſumpta occaſione, primum de diuinitate & humanitate Chriſti ſcribit.

Deinde uitam, doctrinam & miracula Chriſti proſequitur.

Poſtremò paßionis, Reſurrectionis & apparitionis Chriſti hiſtoriam ſubiungit.

Diuiditur Euangelium Ioannis commodißimè in quatuor partes, iuxta quatuor profectiones Chriſti, nam Chriſtus quater profectus eſt in Hieruſalem tempore paſchæ.

Prima profectio poſt doctrinam de diuinitate & humanitate Chriſti, poſt teſtimonium Ioannis Baptiſtæ de Chriſto, poſt Apoſtolorum uocationẽ, deniq; poſt miraculum in Cana ſequitur caput 2. & durat uſq; ad 5. cap. in quo Chriſtus Hieroſoly-

mam ueniens, 1. eiecit uendentes & ementes è templo. 2. diſputauit cum Phariſæis, & ſeorſim cum Nicodemo. Mox relicta Hieroſolyma, primum in Iudæa per diſcipulos ſuos baptiſauit, unde occaſione ſumpta, Ioannes Baptiſta egregiam de Chriſto concionem habuit. Deinde tranſiens per Samariam cum muliere Samaritana apud fontem diſputauit.

Poſtremò rediens in Galilæam reguli filium ſanauit.

Secunda profectio incipit cap. 5. & durat uſq; ad 7. cap. In qua primum Hieroſolymis hominẽ 38. annos in infirmitate laborantem ad piſcinã in ſabbato ſanauit, unde occaſione ſumpta, longã habuit contra Iudæos diſputationem, & egregiã de reſurrectione mortuorum, & de autoritate ſacræ ſcripturæ concionem. Deinde rediens in Galilæam primum quinq; panibus & duobus piſcibus 5000. hominum ſaturauit. Deinde diu & multum de ſpirituali pane (quod eſt uerbum Dei) cum Iudæis diſputauit. Poſtremò reliquis accepto ſcandalo diſcedentibus, Petrus nomine apoſtolorum egregiã de Chriſti edidit ſuæ fidei confeßionem.

Tertia profectio incipit cap. 7. & durat uſq; ad 12. in qua primum Hieroſolymis in templo populum non ſine contradictione & periculo docebat. 1. de authoritate ſuæ doctrinæ. 2. Sabbato. 3. ſua perſona.

perſona. 4. ſua paßione. 5. aqua uitæ, &c.

Deinde mulierem adulteram adductam, digito ſcribens in terram abſoluit, & ſtatim iterum docebat populum, & uſq; ad finem 8. capitis, acerrimè contra Iudæos diſputauit, Mox cæco nato uiſum reſtituit, ut non parua contentio orta ſit inter Phariſæos, & cæcum natum uſq; ad finem 9. capitis.

Ad hæc ſe uerum paſtorem eſſe oſtendit, ubi iterum incidit cum Iudæis in acerrimam diſputationem & contentionem uſq; ad finem 10. cap. Poſtremò rediens trans Iordanem, & inde iterum in Bethaniam, Lazarum (habita prius diſputatione cum ſororibus eius) reſuſcitauit, & iterum Iudæorum iram, pergens in deſertum, ad tempus declinauit.

Quarta profectio incipit à 12. cap. uſque ad finem libri, in qua primum diuertit in Bethaniam, ubi Maria Lazari reſuſcitati ſoror, opus ſuæ confeßionis, Iuda indignante, exhibuit Chriſto. Deinde iuxta uaticinium Zachariæ Prophetæ, Chriſtus aſino inſidens Hieroſolymam ingreſſus eſt, poſtquam in uia quæ geſta ſunt, Ioannes, adductis ex Eſaia locis egregijs, uſq; ad finem 12. cap. deſcripſit. Mox in diuerſorio Hieroſolymitano, quid actum ſit in ſacra Chriſti cœna, Ioannes uſq; ad 18. cap. proſequitur, nimirum quomodo Chriſtus poſt lotionem pedum, poſt turbationem animi propter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Iudam, deniq; poſtquam & Iudæ proditionem & Petri negationem uſq; ad finem 13. cap. prædixerat, primum, egregiam per integra tria cap. concionem habuit, cuius propoſitio hæc eſt, Ne turbetur cor ueſtrum. Argumenta uerò hæc tria. 1. Poſſidebitis æternam uitam. 2. Interim ſpiritus ſanctus uos conſolabitur. 3. Pater meus exaudiet uos. Deinde ſubiungit inſignem orationem ad patrem ſanctum & iuſtum, per ſeipſum. 1. clarificando. 2. diſcipulis defendendis. 3. omnibus credentibus in uera doctrina & unitate ſpiritus gubernandis & conſeruandis.

Ad hæc Euangeliſta deſcribit paßionem Chriſti 18. & 19. quomodo pro ſalute generis humani. 1. à Iuda. 2. Iudæis. 3. gentibus, fuerit, 1. traditus. 2. accuſatus. 3. crucifixus.

Poſtremò duobus ultimis capitibus poſt reſurrectionis hiſtoriam, in altero, Chriſti in Iudæa, apparitiones coram diſcipulis & alijs, in altero deſcribit apparitiones factas coram diſcipulis in Galilæa, unde tandem, ut & alij Euangeliſtæ teſtantur in cœlum profectus eſt, ad iudicandum uiuos & mortuos, breui rediturus, & omnē lachrymam ab oculis electorum ſuorum abſterſurus.

DE

DE LIBRO ACTORVM Apoſtolorum.

Hic liber hiſtorialis à ſancto Luca Euangeliſta ſcriptus eſt, & continet præcipuam primitiuæ Eccleſiæ, poſt aſcenſionem Chriſti, hiſtoriam, quæ ſequitur ordine conuenienti libros Euangeliorum. Quanquam hic liber principali diuiſione diuidi poteſt in duas partes, nempe in res à Petro & in res à Paulo geſtas, poſt aſcenſionem Chriſti. Lucas enim ut plurimum deſcribit Petri 1.conciones, 2.operationes, 3.uiſiones, 4.miraculã, 5.carceres, 6.uincula. Deinde quoq; Pauli, 1.conuerſionem, 2.peregrinationes, 3.diſputationes, 4.miracula, 5. carceres, 6.uincula.

Huius libri 28.cap. ſic commodiſſimè diuidi poſſunt.

Ab initio uſq; ad 6. caput, deſcribit Lucas primum hiſtorias, 1. aſcenſionis Chriſti, 2. electionis Mathiæ in apoſtolum, 3.miſſionis ſpiritus ſancti.

Deinde quatuor egregias & fructuoſas Petri conciones ad Iudæos de Chriſto, concionem primã, ſecundam, tertiam, quartã, in ſecundo, tertio, quarto, quinto, capitibus.

Cum duobus miraculis ſingularibus à Petro apoſtolo editis, 1. de claudo ſanato, 2. ſubitanea morte Ananiæ & Saphiræ. Poſtremo de apoſtolorum in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

genere 1. communione, 2. perſecutione, 3. carcere, 4. flagris, 5. oratione, 6. conſtantia &c.

A 6. cap. uſq; ad 13. præter hiſtoriam de conuerſione Pauli deſcribitur poſt electionem diaconorum concio & martyrium Stephani, nec non hiſtoria Simonis Magi, non uerè Eunuchi, at uerè ab Apoſtolo Philippo conuerſi, qui duo uerum inter falſos & ueros Chriſtianos diſcrimen præſeferunt. Deinde continuatur hiſtoria de diui Petri,

1 Miraculis		1 Aenea ſanato
2 Viſione	in	2 Thabea reſuſcitata
3 Vocatione		
4 Profectione		apud Cornelium de uocatione gentium.
5 Prædicatione		

Poſtremò non ſolum Petri cum Iudæis diſceptatio, pro uocatione gentium, per repetitionem hiſtoriæ, de Cornelio, ſed etiam illius ſub Herode incarceratio & miraculoſa liberatio, tyranno percuſſo & à uermibus conſumpto, fideliter & ordine deſcripta ſunt.

A 13. cap. uſq; ad finem libri deſcriptæ ſunt 1. peregrinationes, 2 nauigationes, 3. manſiones, 4. conciones, 5. miracula, 6. diſputationes, 7. pericula, 8. carceres, 9. flagra diui Pauli.

Ab eo die quo dixit ſpiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam ad opus ad quod uocaui eos, uſque ad conductum, in quo Paulus cum cu-

ſtodiente

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ſtodiente ſe milite biennio manſit, interim terra mariq́; fideliter egit apud

1. Paphenſes, 2. Antiochenſes cap. 13. 3. Iconienſes. 4. Liſtrenſes cap. 14. 5. Hieroſolymitanos 15. capi. 6. Philippenſes 16. cap. 7. Theſſalonicenſes, 8. Beroenſes, 9. Athenienſes, ca. 17. 10. Corinthios ca. 18. 11. Epheſios, 19. cap. 12. Troadenſes, 13. Melitenſes, 14. Chijos, 15. Cæſarienſes.

Tandem Ieroſolymis & Cæſariæ malè tractatus, incarceratus, & aliquoties per totum bienniū & ultra, Iudæis eum accuſantibus iudicio præſentatus, ut ad Cſæarē appellare coactus ſit à cap. 20. uſq; ad 27. cap.

Poſtremò deſcribit Lucas nauigationem Pauli poſtquam ad Cæſarem appellauit à Iudæa uerſus Romam, & Pauli de Chriſto teſtimonium apud Romanos, ut legis cap. penultimo & ultimo. Sic clarè uidentur in hoc inſigni libro omnia teſtimonia, tam potenter prædicatione & exemplis, eò ſpectare, quòd ſolum per fidem in Ieſum Chriſtum, ad peccatorum Remißionem, & uitam æternam perueniamus.

DE EPISTOLIS DIVI PAVLI *& aliorum.*

Epiſtolæ apoſtolorū ſunt tanquā ſigilla et ſubſcriptiōes, Itē teſtimonia et illuſtratiōes ſeu

expoſitiones eorum quæ ſcripta ſunt ab Euangeliſtis, ut Ego Paulus ſic ſubſcribo Euãgelio Matthæi Ego Petrus ſic ſubſcribo &c.

DE EPISTOLA AD Romanos.

HAEc Epiſtola methodus eſt ſcripturæ ſacræ, breuiter ea quæ ad Chriſtianam religionem pertinent comprehendens. Non incommodè diuidi poteſt in quatuor principales partes.

Ab initio uſq; ad 5. caput, duas ponit propoſitiones, & utramq; firmis ac euidentibus Argumentis defendit. Altera propoſitio legalis eſt, nimirum hæc: Omnes homines ſunt peccatores, hanc probat oſtendens, omnes gentes peccatores eſſe in primo cap. Deinde Iudæos & iuſticiarios eſſe peccatores in 2. cap. Poſtremo infert omnes eſſe peccatores in 3. cap. Altera propoſitio Euangelica eſt, ſcilicet quod homines iuſtificentur gratis per gratiam Dei, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, hanc iuſticiam eſſe per fidem probat multis argumentis cap. 4. quorum primum ab exemplo Abrahæ, 2. et. 3. à definitione iuſtificationis. 4. ex ordine cauſarũ & effectuum 5. ex cauſa promiſſionis ducuntur.

A 5. cap. uſq; ad 9. reſoluit utramq; propoſitionem in ſuas partes, de quibus ſeorſim diſputatat quid

quid 1.peccatum, 2. lex, 3. gratia, ſit, cap. 5. 6. 7.

Oſtendit interim plus poſſe gratiam per Chriſtum, quàm peccatum per Adam, & eos damnat, qui ex prædicatione gratiæ putant peccandum eſſe, declarans è contra nihil eſſe damnationis his qui inſiti ſunt in Chriſto Ieſu pœnitentiam agentes, ubi ſubinfert 8.cap. pro afflictis, et ſub cruce agentibus octo conſolationes egregias, ab eo loco, Non ſunt condignæ paßiones &c. uſq; ad finem capitis, 1. de Reuelatione futuræ gloriæ, 2. compaßione omniũ creaturarum, 3. gemitu miniſtrorum uerbi, 4. Spe æternæ uitæ, 5. perſona ſpiritus ſancti, 6. prædeſtinatione, 7. perſona Dei patris, 8. perſona filij: quis ergo &c.

A 9.cap. uſq; ad 12. locum tractat de prædeſtinatione repetens quæſtionẽ poſitam in principio 3.capitis, nempè hanc, Quid ſi quidam illorum non crediderunt, nunquid incredulitas eorum, fidem Dei euacuauit? abſit. Inde occaſione accepta, primum de electione diſputat, ut ſciamus, ad quos iſta gratia pertineat, idq; cap. 9. Deinde iuſticiam fidei definit & exponit cap. 10.

Poſtremò docet neminem offendi debere prædeſtinationis uerbo, ſemperq; labi eos, qui neglecta fidei iuſticia, à prædeſtinatione ſuam ſalutem ſtudeant inchoare.

A 12.cap. uſq; ad finem epiſtolæ parænes es ali-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

quot, ſeu admonitiones Chriſtianas ponit, de bonis operibus. Primum in genere erga unumquemlibet proximum, ubi tria genera bonorum operum ponit, ut ſunt opera, 1. confeßionis, 2. uocationis, 3 dilectionis. deinde erga ſuperiores, ſeu erga magiſtratum cap. 13 poſtremo erga inferiores, id eſt, infirmiores cap. 14. & 15.

Caput ultimum continet ſalutationes ſeu uota & precationes Euangelicas, ut ſalutare non minimum humanitatis officium cenſendum eſt.

MEMORIALIS SVMMA
Epiſtolæ ad Romonos.

1. Gentes & 2. Iudæi, 3. iuſtificari, 4. comprobantur, 5. à peccato, 6. ſine lege, 7. fructificantes, 8. per gratiã, 9. & electione, 10. per iuſticiam fidei, 11. prædeſtinati, 12. priuatim, 13. & publicè, 14. ſine ſcandalo, 15. Chriſtum imitantur ad ſalutem. 16.

DE PRIORI EPISTOLA
ad Corinthios.

QVam diu Paulus Corinthi manſerit, quid illic egerit &c. uide acto. 18. Reprehendit Paulus alacriter Corinthios in hac Epiſtola, quos multis uitijs obnoxios eſſe ſciebat. Ad legem itaq; pertinet ut maximè: nam eſt obiurgatoria Epiſtola, iubens Corinthios declinare à malo

& fa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

& facere bonum &c. Directa eſt contra 1. Sectarios, 2. inceſtuoſos, 3. ſcortatores, 4. adulteros, 5. contentioſos, 6. contemptores infirmorum, 7. ſuperbos, 8. arrogantes, 9. negantes reſurrectionem mortuorum, 10. auaros, in 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. cap.

Diuiditur autem commodius in quinq; partes principales.

Ab initio uſq; ad 5. caput uerſatur in prima tabula decalogi, damnans mundi ſapientiam, utpote ſaluti hominum pernitioſam, nempe quòd ſectas & ſchiſmata pariat in religione Chriſtiana. Deinde contemptum miniſterij Euangelij propter ſuperbiam illorum, qui ſapientia humana ſunt inflati.

A 5. cap. uſq; ad 8. tranſit ad ſecundam tabulã, & inſectatur quædam uitia: primum enim iubet inceſtuoſum excõmunicari, ſimilesq; alios uitari. Deinde reprehendit iniuriam & contentiones Forenſes, indicans uel iniuriam ferendam, uel controuerſiam, ad arbitros potius, quàm ad impios iudices eſſe deuoluendam. mox enumerat congeriem uitiorum, & ſeorſim luxum atq; libidinem inſectatur, interim coniugio, cœlebatui & uirginitati, ſingulis ſuam laudem tribuens,

Ab 8. uſque ad 12. caput reprehendit abuſum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

libertatis Chriſtianæ,nec non infirmos eſſe tolerãdos admonet potius,quàm ut ſibi inuicem ſcandalo eſſe debeant,præſertim in rebus externis, ut in eſu,potu, ueſtibus,communione ſacramenti, nunc ſeipſum in exemplum trahens,nunc ex ueteri teſtamento horrenda exempla adducens.

A 12.cap.uſq; ad 15.enumerat,primum egregia Dei dona,quibus in miniſterio uerbi ſeruiatur ad gloriam Dei.Deinde charitatem eis ob oculos depingit.Poſtremò uerbi miniſterium & prædicationem ita commendat,ut omnibus concionibus & lectionibus ſcripturarũ eam præferre nõ uereatur.

A 15.cap.uſq; ad finem epiſtolæ,primum, eſſe Reſurrectionem mortuorum, euidentiſsimo Chriſti exemplo demonſtrat.Deinde corporum in æterna uita claritatem diuerſam eſſe, multis ſimilitudinibus oſtendit, ſubiungens & reſurgendi modum, & uictoriam piorum abſorpta morte &c.

Poſtremò præter familiaria de collectis ſeu ſanctorũ ſubſidijs agit ultimo cap. clauſulam finalem horrenda comminatione ſubnectens, ut qui non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum , ſit maledictus & æternæ morti deſtinatus.

DE POSTERIORI EPISTOla ad Corinthios.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DIffert hæc Epiſtola à priori, ſicut oleum à uino, ſeu Euangelium à lege: hîc enim mitius agit cum Corinthijs. Nam in Epiſtola hac ſecunda conſolatur Paulus Corinthios, & exhibet ſe benignum ergà eos, & iubet, ut excommunicatum recipiant in gratiam.

Conſiſtit autem hæc Epiſtola, 1. in conſolationibus, 2. commendationibus, 3. adhortationibus, 4. obiurgationibus, 5. comminationibus.

Ad bona opera, ut eleemoſynas, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. capitibus.

Sic itaq; diuidi poteſt. Ab initio uſq; ad 6. cap. ſunt commendationes. Primum enim oſtendit ſuam erga Corinthios charitatē, & quòd omnia prædicauerit, fecerit & paſſus fuerit ad ſalutem & utilitatem eorum. Deinde commendat Euangelij miniſterium, ut ſummè neceſſariū ad ſalutem, quodq; dignius ſit miniſterio legis, & augetur in credentibus, & ſpem facit eis de æterna gloria per crucem.

A 6. cap. uſq; ad 10. ſunt adhortationes: primū enim hortatur eos, ut ornent Dei uerbum operibus & patientia.

Deinde ut eleemoſynas præſtent pauperibus ſanctis in Ieruſalem.

A 10. capite uſque ad finem ſunt obiurgationes & comminationes. Primū enim inuehitur in pſeu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

doapoſtolos, contra quos agit confidenter, & in Domino gloriatur, ſcilicet, 1. externis & alienis rebus & perſonis, &c. 2. proprijs paßionibus in corpore. 3. proprijs paßionibus in animo pro Eccleſijs. 4. fuga & euaſione. 5. uiſionibus & reuelationibus. 6. tentationibus. 7. fidelitate ſua in miniſterio uerbi apud Corinthios. 8. promptitudine uel tertiò ſeruiendi Corinthijs. 9. uoluntate moriendi pro Corinthijs. 10. iuſticia bonæ conſciētiæ, quòd non læſerit Corinthios.

Deinde multas rationes addit, quòd plus ipſe ſolus in miniſterio uerbi laborauerit, et paſſus fuerit, quàm omnes in uniuerſum pſeudoapoſtoli Corinthiorum, ut in laboribus, plagis, carceribus, &c. cap. 11. Poſtremò minatur Corinthijs ultimo capite qui reſipiſcere nolunt, & ut Auguſtinus inquit, iudicem ſe uenturum ſcribit, ut non inueniat quos condemnet. Præterea dicit ſe orare pro Corinthijs, ut nihil mali faciant, unde inquit Auguſtinus: apparet uoluntatem hominis à Deo corrigi & dirigi, ut bona opera faciat, & mala non faciat, Pſal. 63. A Domino greſſus hominis diriguntur.

DE EPISTOLA AD Galatas.

HAec Epiſtola proximè accedit ad Epiſtolā quam Paulus ad Romanos ſcripſit, quantū ad

ad methodum doctrinæ Chriſtianæ attinet. Paulus enim contra pſeudoapoſtolos defendit articulum Iuſtificationis, & confirmat iuſticiam fidei, quòd homo non iuſtificetur ex operibus legis, ſed tantū per fidem Ieſu Chriſti. Et quanquam ſunt duo principales huius Epiſtolæ partes, altera de iuſticia fidei, uſq; ad quintum caput, altera de fructibus fidei, ſeu bonis operibus uſq; ad finem Epiſtolæ, Tamen cum ſint ſex capita, poſſunt bini & bini per ſe conſiderari.

Paulus enim in primo & 2. cap. extollit & commendat ſuam uocationem, quòd non humana, ſed diuina autoritate docuerit Eccleſias: id multis argumentis probat eſſe ueriſſimum, uidelicet, 1. abierit in Arabiam ſtatim à ſui conuerſione. 2. uenerit Hieroſolymam tantum uidere Petrum. 3. abierit in partes Syriæ & Ciliciæ. 4. non circumciderit Titum Hieroſolymis. 5. nihil à magnis apoſtolis acceperit. 6. reprehenderit Petrum.

Deinde poſita principali propoſitione in fine 2. capitis, uidelicet quòd homo non iuſtificatur ex operibus legis, ſed per fidem in Chriſtum, pergit eā probare 3. & 4. cap. 1. ſcripturis. 2. exemplis. 3. ſimilitudinibus. Scripturæ ſunt ex 1. Geneſi. 2. Leuitico. 3. Deuteronomio. 4. Abacuc.

Similitudines præter Allegoriā ſunt tres. 1. de legatore teſtamenti. 2. pædagogo. 3. Tutore.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Summa argumentorum hæc eſt.

1. Chriſtus non eſt miniſter peccati. 2.Tradidit ſe metipſum. 3. non fruſtra mortuus eſt. 4. Spiritus ſanctus ex auditu fidei datur. 5. Abraham fide iuſtificatus eſt. 6.Iuſticiarij ſub maledicto ſunt. 7. Iuſtus ex fide ſua uiuit. 8. Chriſtus factus eſt pro nobis maledictum. 9. Iuſticia fuit ante legem. 10. Hæreditas eſt ex promiſsione, Ergo nõ ex operibus legis, ſed per fidem in Chriſtum iuſtificamur. Poſtremò docet in 5. & 6.cap. poſita concluſione de loco iuſtificationis, fructus fidei, ſubnectens præcepta de moribus, de bonis operibus, ut credẽtes ambulent ſecundum charitatem, & tueantur quidem in Chriſto ſuam libertatem, ſic tamen, ut ea non abutantur. Porrò quòd Paulus fuerit apud Galatas, uide act. 18.

DE EPISTOLA AD Epheſios.

Epiſtola ad Epheſios eſt amplificatio loci de iuſtificatione & reconciliatione ſatis copioſa, per omnes cauſas & mirabilis atq; profunda Euangelij commendatio, longáq; beneficiorum Dei in cauſa ſalutis noſtræ commemoratio. Diuiditur aũt in duas principales partes, ſcilicet in arborem et fructus arboris, id eſt, in doctrinã iuſticiæ fidei

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

fidei, & in doctrinã bonorũ operũ. Tria enim priora capita fidem. Tria uero poſteriora fidei fructus & bona opera cõtinent. Sũma prioris partis quæ fidem reſpicit cõſiſtit in his beneficijs Dei nobis exhibitis in Chriſto, ut ſunt. 1. Benedictio ſpiritualis. 2. electio. 3. prædeſtinatio. 4. adoptio. 5. bona uoluntas. 6. glorioſa gratia. Redemptio. 8. Remiſsio peccatorum. 9. uocatio. 10. Euangelium ſalutis. 11. Spiritus promiſsionis. 12. fides. 13. dilectio. 14. ſpiritus ſapientiæ. 15. cognitio uocationis. 16. cognitio uirtutis Dei. 17. uiuificatio. 18. uocatio gentium. 19. paſsio Chriſti. 20. Euangelizatio pacis. 21. Eccleſia ex gentibus collecta. 22. miniſterium uerbi. 23. charitas Chriſti. 24. plenitudo Dei.

Hic eſt uerus & ſummus theſaurus Chriſtianorum, ex latitudine, longitudine, altitudine & profunditate dilectionis Chriſti collectus. Poſterior pars à 4. capite, uſq; ad finem Epiſtolæ conſiſtit in his fidei fructibus, qui ſunt, 1. humilitas. 2. Lenitas. 3. patientia. 4. charitas erga proximum in omnibus donis Dei. 5. nouitas uitæ. 6. ueritas. 7. Iuſticia. 8. benignitas. 9. miſericordia. 10. caſtitas cum contrarijs uitijs quæ Chriſtiani uitare debent. Deinde gratiarum actio cum informatione ſingulorum ſtatuum, & deſcriptione militis Chriſtiani contra ſpirituales nequitias per totam uitam pugnaturi, cuius 1. lumbi 2. pectus 3. pedes 4. manus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

5. caput, 6. latus, habebunt 1. baltheum ueritatis, 2. Thoracem iuſticiæ, 3. Calceos Euangelij pacis, 4. ſcutum fidei, 5. galeam ſalutis, 6. gladium ſpiritus. Cuius ſagittæ ſunt 1. oratio, 2. obſecratio, 3. deprecatio, 4. ſedulitas, 5. uigiliæ.

DE EPISTOLA AD Philippenſes.

EPiſtola ad Philippenſes Romæ in uinculis à Paulo ſcripta, & ſi non continet integram diſputationem, qualis eſt in Epiſtola ad Romanos, & ad Galatas, tamen eſt inſignis & adhortatoria Epiſtola ad conſtantiam, ut pij in iuſticia fidei conſtantes pergere debeant. Porrò de Philippenſibus uide act. 16.

Quanquam autem Diuus Paulus, 1. agit gratias, 2. orat, 3. monet, 4. laudat, 5. conſolatur, 6. uocat mortem lucrum, cupit diſſolui & eſſe cũ Chriſto, exultat ingenti gaudio de ſui immolatione, contendit ad ſcopum, iactat πολίτευμα *noſtrum in cælis eſſe, expectat inde ſaluatorem aduenientem. Tamen ut capita ſunt quatuor, ita quatuor præcipuè agit, ſingula in ſingulis capitibus.*

In primo capite poſt ſalutationem & exordium proponit ſeipſum illis exemplum, & hortatur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

tur eos ad patientiam in afflictionibus, indicans afflictiones cedere pijs in bonum.

In ſecundo capite hortatur eos ad concordiam, & unanimitatem, ne quid faciant per contentionem, ſed per humilitatem ſibi inuicem ſeruiant, exemplo Chriſti, qui humiliauit ſeipſum, &c. Præterea commendat eis Timotheum, & Epaphroditum fideles uerbi Dei miniſtros.

In tertio capite hortatur eos ut caueant impios doctores circumciſionis ſeu meritorum humanorum, et ſectentur ſolam illam doctrinam, quæ eſt de iuſticia fidei in Chriſto: iterum ſeipſum exemplum proponit eis imitandum.

In quarto capite hortatur eos, ut in eadem certa, pia, & firma doctrina conſtent, perdurent ac perſiſtant, cum gaudio & pace.

Præterea gratias agit eis pro muneribus miſsis fideliter, iuxta miniſterij ipſius in uerbo Dei rationem.

DE EPISTOLA AD Colloſſenſes.

HAec Epiſtola ferè eadem eſt cum Epiſtola ad Epheſios, niſi quòd hæc eſt breuior.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Quemadmodum enim Epiſtola ad Galatas Methodus eſt Epiſtolæ ad Romanos, Ita hæc Epiſtola methodus eſt Epiſtolæ ad Epheſios ſeu compendium quoddam.

Summa huius Epiſtolæ eſt, nihil eſſe tam aduerſum fidei & ſaluti noſtræ, quàm ubi ratione humana, quæ Dei ſunt, æſtimare cœperimus:

Diuiditur autem in duas partes principales, ut epiſtolæ, 1. ad Romanos, 2. Galatas, 3. Epheſios, nẽpe in arborem & fructus, ſeu in doctrinam fidei & charitatis.

Priora enim duo capita continent, non ſolum Euangelij & fidei definitionem, nempe ſapientiam cognoſcendi Chriſtum Dominum Deũ redemptorẽ & reconciliatorem, ſed etiam grauißimam adhortationem ad hanc Euangelij doctrinam, & dehortationem à falſa doctrina, quam inſectatur acerrimè, depingens, ut uerus Propheta Papatum, ac monachatum in religione Angelorum, &c. quorum traditionibus unicum ac ſolum Chriſtum, peccati, mortis ac Sathanæ uictorem ac triumphatorem opponit. Reliqua duo capita continent admonitiones, de moribus Chriſtianorum, ut uitã ſua profeßione dignam uiuant, ueterem hominem exuentes, nouum induant, per charitatem & uerbi Chriſti obſeruationẽ. Deinde ſingularem in œconomia ſeu re familiari perſonarum pro cuiusq; conditione,

ditione, breuem informationem, qua requirit à mu lieribus, filijs ac ſeruis obediētiā, à uiris, ſenibus et do minis, dilectionē, humanitatē & æquitatem. Po ſtremò precandi ſtudium, & quædam familiaria, ut commendationes, ſalutationes & ſingularia Pauli pro ſuo more præcepta.

DE PRIORI EPISTOLA ad Theſſalonicenſes.

QVemadmodum in actis cap. 17. diligentia Theſſalonicenſium in inquiſitione ſcriptu rarum commendatur. Ita Paulus in hac E= piſtola fidem & conſtantiam eorum commendat, & ad perſeuerantiam hortatur.

Diuiditur autem in duas partes, Nam in primis tribus capitibus uerſatur in continua quadam nar= ratione, qua ſolum commendat Theſſalonicenſes propter, 1. Euangelij ſuſceptionem, 2. fidei conſtan tiam, 3. in perſecutionibus patientiam, 4. imitatio= nis exemplum, 5. uerbi diuulgationem, 6. fidei cele brationem. Sed etiam illis in exemplum perſeue= rantiæ cōmemorat, 1. ſuos labores, 2. ſtudia, 3. peri cula, 4. certamina, 5. conuerſationem, 6. deſideri= um, 7. Sollicitudinem, 8. precationes.

In ſumma, quomodo ſe geſſerit apud eos et quid ſuſtinuerit, eis in exemplum. In duobus reliquis ca pitibus primum eos à uicijs dehortatur, & ad ex=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ercitium bonorum operum hortatur. Deinde confirmat eos de Reſurrectione quatuor argumentis, 1. de morte, quòd ſit ſomnus, 2. Reſurrectione Chriſti, 3. ordine reſurgendi, 4. uita æterna, proponens quibus ſe conſolari queant. Poſtremo de extremi diei ſubitaneo aduentu agit, quo eos ad uigilantiã hortatur, addens in fine congeriem bonorum operum, & bonarum ordinationũ, quibus gubernanda eſt uita Chriſtiana.

DE SECVNDA EPISTOLA ad Theſſalonicenſes.

HAec ſecunda Epiſtola eſt correctio ſententiæ prioris Epiſtolæ de extremo die: perterrefacti enim fuerunt ex Pauli uerbis Theſſalonicenſes, Nam inde collegerant ſe uiſuros extremum diem ſua ætate.

Paulus itaque corrigit ſeipſum, & extremum diem in foribus eſſe negat, prophetans de regno Antichriſti, deq; horrenda ab Euangelio Chriſti defectione, diem iudicij præceſſura. Porro quorſum Paulus in hac prophetia reſpexerit, & quid in ſpiritu futurum præuiderit (ſicut etiam 1. Timo. 4.) nunc à poſteriori, cum ſit res manifeſta, norunt omnes fideles, quòd de Romano pontifice fuerit uaticinatus.

Capita

Capita ſic diſcerni poſſunt.

In primo cap. gratulatur Paulus Theſſalonicenſibus, 1. fidem, 2. dilectionem, 3. perſeuerantiam in cruce, collationem inſtituens inter præmia piorum & pœnas impiorum, ut hi quàmprimum ab impietate piorumq́; perſecutione deſiſtant. Illi uerò conſtanter pergant & ſic currant, ut brauium comprehendant, 1. Cor. 9.

In 2. cap. Paulus interpretatur ſententiam prioris Epiſtolæ de extremo die, per prophetiam de Romani imperij deuaſtatione, pariter et de regno Antichriſti, quòd regnaturus ſit ante iudicium extremum in Eccleſia, nec non effecturus ut ſua mandata ſuper Dei mandata ſeruentur, cuius tyrannide preßi homines, à fide eſſent defecturi, & ad traditiones humanas tranſituri. Porro ad finem prophetiæ gratulatur iterum Theſſalonicenſibus æternam in Chriſto tam electionem quàm uocationem, & obiter magis ſuum illis officium commendat.

In 3. cap. paræneſes ſeu admonitiones aliquot inſtituit, præſertim contra uitam ocioſam, ne qui nihil agerent, malè (ut fit) agere diſcerent, ſed quiſque in ſudore uultus ſui pane ſuo ueſceretur.

In fine ponit cauſam finalem pariter & modũ denũciationis et excõmunicationis, ut ſcilicet excõmunicatus rubore ſuffundatur, cũ uiderit ſe uitari

ab omnibus, ut uel ſic diſcat agnoſcere ſuum erratum, & ut frater interim corripiatur, & nullo modo quaſi inimicus exiſtimetur.

DE PRIORI EPISTOLA ad Timotheum.

Epiſtola ad Timotheum prior maximè uerbi miniſtros concernit, fuit enim Timotheus epiſcopus & fidelis uerbi Dei miniſter. nam Paulus poſtquam Timotheũ circumciderat, & ad uerbi miniſterium uocauerat, habuit eum aliquando comitẽ, aliquando legatum fidelem in officio apoſtolatus, donec eccleſijs Epheſianis in uerbo Dei præfectus eſt. Ideo Paulus eum ut adhuc iuuenem informat, in ijs quæ uerè et propriè pertinent ad Epiſcopatum, cui peculiariter optat præter gratiam & pacem, etiam miſericordiã, ut opus habent epiſcopi & paſtores maiori præ alijs conſolatione, cum ultra omnes patiantur. Sit igitur hæc Epiſtola fidelibus uerbi prædicatoribus commendata, utpote eis ſingulariter ſcripta.

Sex huius Epiſtolæ capita ſic non incommodè diſcerni poſſunt.

In 1. cap. poſtquam Paulus fabulas & impiam doctrinam deteſtatus eſt, tradit compendium de uſu & effectu, primum legis, deinde Euangelij, ſeipſum proponens exemplum, ut admoneat Timotheum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

theum de ſumma doctrinæ Chriſtianæ, quã Epiſcopum oportet profiteri.

In ſecundo cap. uult primum uiros, deinde ſeorſim etiam mulieres per Timotheũ admoneri: uiros (quo uocabulo totam domum comprehenditut) orent pro omnibus hominibus in genere, deinde ſeorſim pro magiſtratu, quem Deus per mediatorẽ Chriſtum (ut omnes homines) uult ſaluos fieri.

Poſtremò, ut orent in omni loco, ſeu ubicunq; locus fuerit & occaſio orandi. Mulieres uerò ut ornent ſe non muliebri mundo, nec lenocinijs & uanitatibus, ſed uirtutibus & bonis operibus, ut habitus integritatem uitæ, pariter & uerecundiam teſtetur. Deinde docendi munus & authoritatem in uiros eis derogat. Poſtremò commendat illarum officium & eas conſolatur.

In 3. cap. deſcribit, quales oporteat eſſe miniſtros uerbi, nec non illorum uxores, nunc ea quæ decent approbando, nunc ea quæ non decent improbando & damnando. Requirit enim in Epiſcopo & diacono (ſub quibus uerbi Dei miniſtros omnes comprehendit) præter integritatem uitæ in genere & coniugium etiam, 1. Sobrietatem. 2. modeſtiam, 3. caſtitatem, 4. hoſpitalitatem, 5. idoneitatem ad docendum, 6. æquitatem, 7. curam domeſticam, 8. bonũ teſtimonium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DAMNAT IN EODEM e diuerſo,

1. ebrietatem, 2. dicacitatem, 3. turpis lucri cupiditatem, 4. pugnacitatē, 5. auaritiam, 6. ſuperbiā.

In uxoribus miniſtrorum requirit,

1. pudicitiam, 2. taciturnitatem, 3. Sobrietatem, 4. pietatem, 1. erga uirum, 2. proximum, 3. ſeipſas, 4. Deum.

In fine capitis deſcribit domum Dei, ſubiungens myſterium Euangelij ſeu Chriſti tranſitum ſecundum humanitatem.

In 4. cap. falſam doctrinam, pijs omnibus cauendam, cum ſuis ſignis & notis, nempè prohibitione coniugij & ciborum, prophetico more proponit ac uenturam prædicit, Et hic tam manifeſtè depingit Papatum, ac ſi in medio papatu uixiſſet.

Sunt enim in Papatu,

1. Spiritus ſeductores, 2. doctrinæ dæmoniorum, 3. hypocriſis, 4. cauteriatæ conſcientiæ, 5. prohibitio matrimonij, 6. prohibitio ciborum.

Timotheum econtra uult Paulus operibus pietatis exerceri, ſuumque officium fideliter adminiſtrare.

In quinto cap. primum tria genera uiduarum recenſet, ut ſunt 1. diuites, 2. pauperes, 3. iuuenes,

1. diui=

1, diuites uult domibus ſuis præeſſe. Pauperes Eccleſiæ ſumptibus ali. iuniores nubere in Domino. Deinde presbyteris ſeu uerbi Dei miniſtris, 1. honorem, 2. uictum, 3. iuſticiam uult adminiſtrari, de ſingulis Timotheum fideliter admonens.

In 6. cap. poſt inſtructionem ſeruorum, concludit Epiſtolam graui dehortatione, à falſa doctrina, pariter & ab auaritia, fideliter admonens Timotheum, ut in uera doctrina perſeueret, & in uera temperantia, ſeu uerum mediocritate, uitam agat, ſectando pietatem, fidem & charitatem.

Diuitibus uult hæc tria prohiberi, 1. Superbiam, 2. confidentiam in diuitijs, 3. abuſum diuitiarum. Timotheum uero uult à uanis diſputationibus alienum eſſe.

DE POSTERIORI EPISTOla ad Timotheum.

PErgit diuus Paulus etiam ex carcere Timotheum admonere, ut bona fide tanquã magni precij depoſitum & theſaurũ, puram Euanglij doctrinam cuſtodiat et ad poſteros incorruptã tranſmitti curet, inſuper afflictionẽ ferẽdo cum Euangelio ſecundũ uirtutẽ Dei. Porrò non ſoli Timotheo, ſed omnibus gubernatoribus et Eccleſiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

doctoribus, imo omnibus qui recte Euangelij do-ctrinam perceperunt, ſpiritus ſanctus per os Pauli concionatus eſt. Quare debet etiam hæc Epiſtola miniſtris Euangelij ſemper eſſe quàm commenda-tiſsima. Sunt tantum quatuor capita, quæ ſic diſcernantur.

In 1. cap. poſt gratulationem admonet Timo-theum, 1. de reſuſcitanda gratia Dei. 2. Non erube-ſcendo propter Euangelium & uincula Pauli. 3. Afflictione ferenda. 4. retinenda forma ſanorum uerborum. 5. de bono depoſito cuſtodiendo &c.

Interſerit autem egregium ac Euangelicum lo-cum: Qui nos ſaluos fecit &c. aperte contra iuſti-ficationem operum, per ſolam gratiam Dei, com-mendans inſuper officium ſuum & Oneſiphori do mum contra defectionẽ Aſianorum ab Euangelio.

In ſecundo cap. poſt commendationem doctri-næ primum hortatur eum ad ferendam afflictionẽ, adductis in medium egregijs argumentis, à præ-mio. Deinde eum à contentione uerborum & ua-niloquio dehortatur, oſtendens non magis mirum eſſe, ſi boni pariter & mali ſunt ſimul in Eccleſia, quàm ſi in domo diuitis ſunt uaſa alia in uſum ho-norificum, alia in uſum contumelioſum deſtina-ta. Poſtremò præcipuum eſt in hoc cap. quòd uult eũ rectè ſecare uerbũ ueritatis, uidelicet ne cõfun dat legem & Euangeliũ, ſed legem urgeat contr

malos,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

malos, facinoroſos & obſtinatos, ut uel tradantur magiſtratui puniendi, uel excommunicentur, Afflictos uerò & probos Euangelio conſoletur.

In fine cap. oſtendit pœnitentiam eſſe donū Dei.

In 3. cap. prioribus periculis nempe de Aſianorum & aliorum ab Euangelio Chriſti defectione, ſubnectit aliud periculum, & longa congerie depingit falſos doctores, quos in nouiſsimis diebus uenturos prædicit, contra quos hortatur Timotheum, ut ſua conſtantia conſulat etiam poſteritati.

Porrò quemadmodū in ſuperiori Epiſtola, ſic etiam hoc loco, præuidit Paulus in ſpiritu Romanorum pontificum impietatem, & ea quæ his 900. annis in Papatu transacta ſunt. In fine commendat ſacram ſcripturam, qua commendatione nihil excellentius dici poteſt.

In 4. cap. concludit epiſtolam per obteſtationem, qua finaliter obteſtatur Timotheum, ut opus faciat Euangeliſtæ, ſignificans adeſſe tēpus ſuæ reſolutionis, & ſe bonum certamen certaſſe &c.

Deinde quædam familiaria ſubiungens, Epiſtolam finit haud dubiè nouiſsimam, quippe quam ſcripſit paulo ante ſuum Martyrium, cum Neroni ſecundò ſiſteretur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

DE EPISTOLA AD Titum.

QVanquam hæc Epiſtola nõ eſt talis methodus, ut Epiſtola ad Romanos, tamen mira breuitate totius Chriſtianæ doctrinæ compendium continet, in quo primum doctores, deinde auditores inſtruit ac informat, ut hæc tria cap. commodiſsimè iuxta tres ſtatus principales, nẽpe religionem, politiam & œconomiam, diſcerni queant, quorum ultimum nempè œconomiã, in medio collocat Paulus, quippe propter quem ſtatum conſeruandũ, reliqui duo ſunt à Deo ordinati. Pulchrè autem interſerit huic informationi locum iuſtificationis, ſemel atq; iterum, ut eo tanquam ad ſcopum omnia dirigi ac referri debere ſignificet.

In 1. capite tractat quæ pertinent ad religionẽ, & ut in Epiſtola ad Timotheum, ita hîc quoq; deſcribit ſub nomine Epiſcopi, miniſtros omnes Euangelij, quales eſſe debent in doctrina & uita, nunc propter ipſos fideles, nunc propter falſos doctores, quos ad finem uſq; capitis depingit, & illorum impietatem tanquam in ſpeculo (in quo noſtri Papiſtæ ſe rectius intueãtur) conſpiciendã proponit.

In 2. cap. tabulam œconomicam pingit & ſingulorum ſtatuum in œconomia uitã informat, ubi ſub nomine iuuentutis Titum ipſum admonet, ut in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

omnibus ſeipſum præbeat exemplum bonorum operum, &c. Mox omniũ horum rationẽ addit, nẽpe apparitionẽ gloriæ Dei, per hoc quòd Chriſtus dedit ſeipſum pro nobis, ut in eo modeſtè, iuſtè & piè uiuamus.

Inter o capite quæ ad politiam pertinent, ut de obedientia erga magiſtratũ præſtanda, ſubditos omnes per Titũ admonendos eſſe docet, graues ſubiungens cauſas, quòd horum omnium debitores ſumus, primum legales, deinde Euangelicas, iterum adducens egregium locum iuſtificationis, quo ſalutẽ derogat operibus, & ſoli miſericordiæ Dei propter mediatorem Chriſtum adſcribit, ubi formã & modũ noſtræ redemptionis luculenter oſtendit, ut cũ qui nouus homo fieri cupit, neceſſe ſit credere et baptizari. Subiungit ad finem uſq; tã adhortationem ad opera bona præſtanda, quàm dehortationẽ à ſtultis quæſtionibus & hæreſi, præter quædam familiaria.

DE EPISTOLA AD Philemonem.

HAec Epiſtola meram D. Pauli charitatem erga proximum ſpirat, per hoc quod Oneſimum ſuo domino Philemoni ſumma animi humilitate, ſuauiſſimiſq; uerbis ſtudet reconciliare. Primum commendat Philemonis fidem &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

charitatem. Deinde petitionem ſuam pro Oneſimo ad fidem conuerſo proponit. Poſtremò ſuauiſſimis affectibus Oneſimi culpam in ſe transfert, & eum ſuo domino, iam non ut ſeruum, ſed ut chariſſimũ fratrem in Chriſto reconciliat. Interim non obſcurè ſuum in Philemonem ius, ut præceptoris in diſcipulum inſinuãs, tacitè ei imperat, ut fugitiuum ſeruum in gratiam uel ex debito recipere non grauetur. Egregium charitatis exemplum & concordiæ ſtudium in Paulo hîc conſpicitur.

DE EPISTOLA AD Hebræos.

Quanquam dubium eſt, an hæc Epiſtola ſit diui Pauli, propter aliquot locos in 2. 6. 10. & 12. cap. ex quibus conuincitur, à quibuſdã non eſſe Pauli, tamen Epiſtolæ ſcopus autorem habet ſpiritum ſanctum. Tradit enim diſertè Chriſtum eſſe uerum Deum, & uerum hominẽ, adeoq; unicum noſtrum redemptorem ac ſaluatorem, & conſiſtit maior pars Epiſtolæ in collatione, qua conuincit Chriſtũ eſſe Dominũ omniũ, nempe filium Dei naturalem ac æternum. Confert enim Chriſtum 1. cum Angelis. 2. Moſe. 3. Aarone. 4. Melchiſedech. 5. Sacrificijs legalibus, cap. 1. & 2. 3. & 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. quibus omnibus ma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ior eſt Chriſtus per ſuum ſacrificium, ſanguinem, et mortem æterna redemptione inuenta.

Capita ſunt 13. quæ pro maiori declaratione ſic diſcerni utcunque poſſunt.

In duobus primis capitibus, poſt exordium, in quo Chriſti diuinitatem, pariter & humanitatem, breui deſcribit narratione, ipſum angelis excellentiorem eſſe, nouem argumentis oſtendit, in quibus Chriſtum, Deum, creatorem omnipotentem eſſe prædicat, & Euangelium ipſius legis prædicationi anteferendo, diluit intermixtas occupationes, omniaq; tendunt in hunc finem, ut Iudæi, quibus ſcribit, relicto Iudaiſmo, firma in ſolum Chriſtum fiducia ſpem omnem collocare debeant, atq; hæc eſt principalis epiſtolæ propoſitio.

In 3. & 4. cap. Chriſtum excellentiorem Moſe prædicat, collationem inter Dominum & ſeruum inſtituens. Mox ad Euangelij tempus, applicat illud Hodie, quod eſt in Pſalmo 95. cum interminatione ſatis horrenda, ab exemplo illorum, qui propter incredulitatem, in deſerto perierunt, à requie terræ Canaan exluſi, &c.

In 5. 6. 7. capitibus incipit deſcribere Chriſtũ ſacerdotem, conferendo eum primum cum Aarone. Deinde cum Melchiſedech, cuius deſcriptionem uidetur in fine 5. capitis uelle præterire, propter Iudæorum ſegniciem & tarditatem, inſtitu=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ens digreßionem ſatis periculoſam in 6. cap. ubi uidetur lapſis negare pœnitentiæ locum, pertinacibus per hoc terrorem incutiendo, ſed in ſeptimo capite deſcribit, & commendat à dignitate Melchiſedech, qua commendatione Chriſti ſacerdotium ſuper legis ſacerdotium extollit.

In 8. 9. & 10. capitibus multis grauißimis argumentis oſtendit, Chriſtum eſſe unicum ſacerdotem, & unicum pro peccatis ſacrificium, quod præfert omnibus ſacrificijs legalibus, appellans illud nouum teſtamentum ex cap. 31. Ieremiæ. Deinde tabernaculi partes enumerat, capite 9. ſcilicet atrium, ſancta, & ſancta ſanctorum, cum ſuis iuſtificationibus, quibus ut figuris applicat ſanguinem Chriſti purificantem conſcientias. Vocat autem Chriſtum noui Teſtamenti mediatorem, & ſanguinem eius ſanguinem Teſtamenti, ſignificans Chriſti ſanguinem effundendum in nouo Teſtamento pro remißione peccatorum.

Poſtremò per repetitionem amplificat eandem collationem, ſcilicet ſacrificij Chriſti, cum ſacrificijs legalibus ex Pſalmo 39. & cap. 31. Ieremiæ. Tandem concludit hunc totum locum per adhortationem ad fiduciam in ſanguinem Chriſti collocandam, et ad mutuam dilectionem per bona opera præſtandam paraſceuen ſeu præparationem inſtituens ad capita ſequentia.

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

In 11. 12. & 13. capitibus, Primum commendat fidem ab exemplo Patriarcharum, & aliorum ſanctorum ueteris Teſtamenti, reſpiciens, ut apparet, ad ea, quæ Ieſus Sirach de uiris illuſtribus à capite 44. uſque ad 51. ſcribit.

Deinde ſubiungit adhortationem ad fructus fidei, patientiam, diſciplinam, pacem, ſanctificationem, ueram pœnitentiam, obedientiam erga uerbum Euangelij, non tantum inducens exemplum Chriſti, ſed etiam ex ueteri Teſtamento comminationes.

Poſtremò congeriem bonorum operum enumerat in ultimo capite, cum dehortatione à falſa doctrina, cumque adhortatione ad Ieſu Chriſti puram doctrinam, confeßionem, gratiarum actionem.

DE EPISTOLA S. Iacobi.

QVIDAM putant non eſſe Iacobi Apoſtoli ab Herode interfecti Epiſtolam, non ſolum propter locum ex Geneſi de Abraham pro Iuſtificatione operum citatum, contra ueram analogiam fidei, ſed etiam propter alios locos, ex Epiſtolis Petri & Pauli deſumptos, & huic Epiſtolæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

paßim intermixtos. Nec eſt methodica epiſtola, nec unam continuam materiam continet, ſed ſcopæ (ut aiunt) diſſolutæ, id eſt, ſententiæ non ordine inter ſe cohærentes. Et ſumma eſt, quòd urget legem & bona opera contra ſecuros homines, & de fide ſine operibus gloriantes.

Capita quinq; tantum ſunt, quæ ſic diſcerni poſſunt.

In primo capite particulatim has 8. ſententias proponit.

1. Patientiam in aduerſis rebus habendam.
2. Diuinam ſapientiam à Deo petendam.
3. Credendum eſſe ſine dubitatione.
4. Diuitijs rectè utendum.
5. Tentationes quæ ex concupiſcentia proueniũt ſufferendas.
6. Verbum cœleſte diligenter audiendum.
7. Verbi effectus bona opera facienda.
8. In uera religione uiuendum.

In ſecundo capite duo tantum loci tractantur, alter de non contemnendis pauperibus Chriſtianis, præ diuitibus, cum fides in Chriſtum Ieſum gloriæ Dominum acceptionem perſonarum non patiatur.

Alter de bonis operibus, ex quibus fides erga Deum & proximũ oſtendatur, ut hic locus ſit collatio inter

inter hominem & hominem, non inter Deum & hominem, ubi ſola fides iuſtificat, homo enim homini loquitur, cum inquit, Oſtende mihi fidem tuam ex operibus &c. Si quis hoc modo non intelligit Iacobum & hanc illius ſententiam uult ad Iuſtificationem, quæ ualet coram Deo torquere, tollit analogiam fidei, tollit epiſtolã Pauli ad Romanos, quod cùm abſurdum ſit, admittit ſententia Iacobi commodam interpretationem, & fidei analogiã, alioqui loci ſeu exempla ex geneſi & libro Ioſue directè contra genuinam ſcripturæ de Iuſtificatione ſententiam citantur.

In 3. cap. ſunt itidem duo loci tractati, quorum alter eſt de lingua cohibenda, ne falſam doctrinam doceat, quod eſt arrogare & uſurpare magiſteriũ in ſacra ſcriptura, ſuper uerum doctorem & magiſtrum ſpiritum ſanctum, cuius diſcipuli ſunt omnes doctores pietatis in Eccleſia. Alter locus eſt de diuina ſapientia, quæ (ſicut fides) debet bonis operibus & pia conuerſatione demonſtrari.

In 4. cap. ſunt fragmenta uirtutum & uitiorum in ſingulis decalogi præceptis, quaſi in unum cumulum congeſta. 1. de contentione fugienda, 2. uoluptatibus concupiſcendis, 3. oratione recte inſtituenda, 4. adulterio fugiendo, 5. Superbia & humilitate, 6. obedientia erga Deum, & ſic deinceps uſque ad finem capitis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

In 5.cap. primum inuehitur in eos qui diuitijs ſuis abutuntur. Deinde hortatur pios ad patientiam & tolerantiam, & à iurandi conſuetudine dehortatur. Mox infirmorum curam haberi ſuadet. Poſtremo ſingulos ad mutuã deprecationem hortatur, et orationem ab exemplo Eliæ commendat. In fine effectum ueræ conuerſionis ponit.

DE PRIORI EPISTOLA Petri.

HAec Epiſtola uerè apoſtolica eſt, & illius qui à Chriſto interrogatus, Reſpondit, Tu es Chriſtus filius Dei uiui, Matth.16. Item: Ad quem ibimus, uerba uitæ æternæ h b s, Ioan.6. Redolet enim eiuſdem confeſſionis miram ſuauitatem, & in fide conſtantiam & ſynceritatem. Nam purè Chriſtum confitetur, derogans noſtris meritis ſalutem, & tradens ueram Chriſti cognitionem, in qua uult gentes conuerſas, quibus ſcribit, conſtantes eſſe, pergere & creſcere, de die in diem, Ita ut etiam in uita, moribus & conuerſatione reſpondeant Euangelio, cuiuſcunque ſtatus & conditionis fuerint, ut ſunt quos enumerat, 1.Subditi, 2 ſerui, 3.mulieres, 4.uiri, 5. presbyteri, 6.adoleſcentes.

Capita

Capita quinq; ſunt & ſic diſcerni poſſunt.

Primum cap. in duas partes diuiditur. In priori quæ ab exordio inchoatur ueram ſalutis rationem proponit, ubi conſideranda ſunt hæc omnia, quæ hic ordine commemorantur & ad ueram ſalutem referuntur, nempe, 1. magna Dei miſericordia, 2. Regeneratio in ſpem uiuam, 3. Reſurrectio Chriſti, 4. hæreditas cæleſtis, 5. potentia Dei, 6. fides, 7. probatio fidei, 8. exultatio & læticia, 9. Scripta prophetarum, 10. Euangelium, 11. gratia, 12. Gloria.

In altera parte ponit huius antecedentis conſequens, & hortatur credentes ad nouitatem uitæ, quæ futuræ ſaluti reſpondet, ſectandam, ut ad, 1. Sobrietatem, 2. Spem oblatæ gratiæ, 3. obedientiam, 4. Sanctitatem, 5. inuocationem, 6. timorem, 7. dilectionem. Interſerit autem huius nouitatis egregias cauſas, ſcilicet nos à peccatis precioſo ſanguine Chriſti redemptos, & per Dei uerbum regeneratos eſſe.

Secundum caput itidem in duas partes diuidatur. Nam in altero pergit hortari credentes ad ſpirituales hoſtias offerendas, & ad bonam conuerſationem habendam, etiam ad ædificationem infidelium, & addit rationem, quia credentes omnes ſunt ſacerdotes & ad uitæ ſanctitatem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

uocati. In altera diuerſorum ſtatuum informationem, in qua ad finem Epiſtolæ perſeuerat, inſtituit & uſq; ad finem huius capitis informat, Primũ ſubditos ad politicam obedientiam erga magiſtratus, Deinde ſeruos ad œconomicam obedientiam erga ſuos dominos, & Chriſtum ipſum exemplum proponit, qui maiorem iniuriam ſuſtinuit.

In 3. cap. primum de obedientia coniugali, de ornatu Chriſtianæ coniugis, deq; tolerantia mariti erga ſuam coniugem agit. Deinde pios omnes in genere monet, ut exerceant ſe in ueris charitatis uirtutibus & in patientia, necnon in uera confeßione, pariter & in iuſticia bonæ conſcientiæ, rurſum in Chriſto charitatis, & patientiæ exemplum adducens. Poſtremo locum egregium ponit de arca Noe, q, fuerit figura baptiſmi. quid autem uelit per prædicationem à Chriſto factam, quibuſdam ſpiritibus non credentibus tempore Noe, nos ignoramus, & ipſi magiſtro nempe ſpiritui ſancto, ueram huius loci interpretationem reſeruandam eſſe iudicamus.

In 4. cap. pergit eadem generali admonitione pios omnes hortari, nunc ad ſobrietatem, uigilias, modeſtiam, orationem, & mutuam charitatem, nunc ad alios fidei fructus, iuxta uarietatem donorum, cum patientia & gaudio in afflictionibus propter Chriſtum omnibus beneficiendo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

In 5.cap.perſonas eccleſiaſticas ſub titulo preſbyteri, nunc ad paſcendum gregem, nunc ad recte uiuendum informat ac inſtituit. Deinde iuuentutē ad obedientiam hortatur. Mox omnes in genere uult humiliari, Deo confidere, Sobrios eſſe, uigilare contra aduerſarium diabolum, & ei in fide reſiſtere. Poſtremo concludit Epiſtolam uberrima conſolatione, quòd uocati ad fidem ſciant ſe ſubinde à Deo confirmari & corrobari.

DE POSTERIORI Epiſtola Petri.

TRia ſunt tantum capita. Primum contra hypocritas, 2.contra Antichriſtum, 3. contra Epicureos. Petrus enim in primo capite uult fidem & fidei uocationem ut certam oſtendi bonis operibus, ne ſit fides ut inane ſomnium ſine uirtute, ſcientia, continentia &c. Cum non ſit ex auditu fabularum, ſed Euangelij, quod Petrus iam ſenex, & certiſſimus teſtis, quippe qui adfuit etiam in transfiguratione Chriſti, commendat pijs omnibus ab ipſo autore ſacræ ſcripturæ ſcilicet ſpiritu ſancto.

In 2. cap. præſtat idem quod Chriſtus ipſe, cùm inquit: Attendite à falſis prophetis Matth.7. Attendite uobis &c. Item Phil.3. uidete canes, uidete malos operarios &c. Nam admonet hîc Petrus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

pios de falſis doctoribus, & de antichriſto uenturo, de quo uaticinatur, ſicut & Paulus, 1. Timot. 4. Primum deſcribit illorum damnationem, adductis tribus egregijs exemplis 1. de angelis, 2 perditis in diluuio, 3. Sodomitis. Deinde ſuis coloribus eos depingit, quòd poſt carnem in concupiſcentia immundiciæ ambulant. Poſtremo ponit ſatis horrendam de talibus ſententiam, additis duobus prouerbijs de cane & ſue, quibus exprimit poſteriora talium prioribus eſſe deteriora.

In 3. capite pios admonet, ut ſibi caueant ab Epicureis, id eſt, prophanis hominibus, iuxta proprias concupiſcentias ambulantibus, qui ſolum hanc uitam, non futuram reſpiciunt, & in ore ſemper habent, Edamus & bibamus, cras moriamur, Item: Poſt mortem nulla uoluptas, Item: Quæ ſupra nos nihil ad nos &c. Contra quos Petrus aſſeuerat procul dubio uenturum eſſe diem extremum, in quem cœlum & terra ſunt igni reſeruata, ſuoque tempore magno impetu peritura. Quare etiam neceſſarium eſſe affirmat, ut quiſq; piorum in eo ſtatu uiuere ſtudeat, in quo uocatus ex hoc mundo tutò & confidenter audeat mori.

DE PRIMA EPISTOLA Ioannis.

DIuus Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta, qui hanc Epiſtolam ſcripſit, ut in cœna ſuper pectus Domini Ieſu recubuit, & ex fonte ſaluatoris aquam dulciſsimam hauſit, Ita ſpirat hîc quoq; meram charitatem & Dei erga nos, & noſtram erga proximum. Dei quidem, ut ea per fidem apprehenſa, gratis & ſine noſtris operibus iuſtificemur & uitam æternam conſequamur. Noſtra uero, ne fides apud nos ſit ocioſa, ſed per charitatem operetur, alioqui non eſt uera fides, ſed fucata tantum, cuius tria ſunt ſigna, ſcilicet 1. non luctari contra peccatum, 2. non cauere falſam doctrinam, 3. odio habere proximum.

Quinq; ſunt capita, quæ ſic in una & eadem materia cohærent, ut uix à ſe inuicem diſcerni queant, omnia conueniunt cum ipſius Euangelio, præſertim cum his duobus mandatis Chriſti, Creditis in Deum et in me credite. Item: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis uos inuicem, quæ duo mandata coniungit Ioan. in hunc modum cap. 3. Et hoc eſt mandatum eius, ut credamus in nomine filij eius Ieſu Chriſti, & diligamus alterutrum, ſicut dedit mandatum nobis. Eſt igitur Epiſtolæ ſumma, de fide & charitate.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Capita ſic utcunq; diſcerni poſſunt.

In primo capite poſt captationem beneuolentiæ ab officio & teſtimonij certitudine de æterna uita propter ſocietatem, id eſt, eccleſiam ſeu ſanctorum communionem, & gaudium perfectum totius epiſtolæ propoſitionem hanc ponit, ꝙ ſanguine Ieſu Chriſti, emundati, nec non in Euangelij luce ambulantes, & in ſocietate ſanctorum manentes, non debent in tenebris, id eſt, ſine bonis operibus ambulare, Sed in luce, id eſt, in fidei per bonorum operum exercitium oſtenſione, pariter & in uera peccatorum confeßione.

In 2.cap. poſt Euangelicum locum de Chriſto aduocato & propitiatore noſtro, primum arguit eos mendacij, qui fidem iactant & nihil boni operantur, & eũ qui fratrem odit, adhuc fide carere contendit. Deinde ſingulas ætates admonet, ut in eo, quod à Deo acceperunt, permanere uelint. Poſtremò à dilectione mundi fortiter eos dehortatur, & ab Antichriſti ſpiritu, ubi per unctionem intelligit ſpiritum ſanctum. Antichriſtos uerò uocat, pſeudo apoſtolos, qui tunc fuerunt, Deinde alios ut hæreticos, quorum quidam diuinitatem, quidam humanitatem Chriſti negauerunt. Porro ſuper hunc locum egregium, qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulauit & ipſe ambulare, non pigebit diui Auguſtini pulcherrimam expoſitionem, ex li-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

e:: libro de uita Chriſtiana, cap. 14. adſcribere, ſic
autem inquit: Chriſtianus eſt ille, qui 1. miſericor=
diam omnibus facit, 2. omnium mouetur iniuria.
3. opprimi pauperem, ſe præſente non patitur. 4.
miſeris ſubuenit. 5. indigentibus ſæpe ſuccurrit. 6.
cum mœrentibus mœret. 7. dolorem alterius ſicut
proprium ſentit, 8. ad fletum fletibus alienis pro=
uocatur. 9. cuius omnibus communis eſt domus. 10.
Ianua nemini clauditur. 11. menſam nullus pau=
per ignorat. 12. donum panis cunctis offertur. 13.
bonum omnes norunt. 14. à quo nemo ſentit iniuri
am. 15. Qui Deo diu noctuq; deſeruit. 16. eius præ
cepta indeſinenter meditatur & cogitat. 17. pau
per mundo efficitur, ut Deo locuples fiat. 18. inter
homines habetur inglorius ut coram Deo & ange
lis glorioſus appareat. 19. in corde ſuo nihil uide=
tur habere ſimulatum uel fictum. 20. cuius ſim=
plex & immaculata eſt anima. 21. conſcientia fide
lis & pura eſt. 22. tota mens in Deo eſt. 23. omnis
ſpes in Chriſto eſt. 24. cœleſtia potius quàm terre
na deſiderat. 25. humana ſpernit, ut poßit habe=
re diuina. Hæc Auguſtinus.

In tertio capite perſiſtit in adhortatione de no
uitate uitæ ſectanda, ductis argumentis, 1. à cha=
ritate Dei erga nos. 2. Spe uitæ æternæ. 3. officijs
Chriſti, 1. tollere peccata. 2. diſſoluere opera Dia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

boli. 4. efficiente cauſa peccati, ſcilicet Diabolo. 5. efficiente cauſa iuſticiæ, nempe Deo. 6. præmio & pœnis. 7. charitate Chriſti erga nos. 8. iuſticia bonæ conſcientiæ. 9. promiſſione & mandato.

In 4. cap. Chriſti doctrinam confitendam, Antichriſti uerò cauẽdam eſſe hortatur. Deinde pergit ad finem capitis admonere de charitate, facta egregia et ſuaui collatione, inter charitatem Dei erga nos, & charitatem noſtram erga Deum & proximum, ut inter cauſam efficientem & effectum.

In 5. cap. fidem ipſam proſequitur, unde proueniunt omnia bona opera, cui adſcribit uictoriam, & quam triplici teſtimonio, ſcilicet ſpiritus, aquæ & ſanguinis, id eſt, uerbi Dei, & duorum ſacramentorum, confirmandam eſſe docet. Deinde credentes de uita æterna certiores facit, pariter & de exauditione. Poſtremò diſcernit peccatum non ad mortem à peccato ad mortem, id eſt, peccatum in filium à peccato in ſpiritum ſanctum, remiſſibile ab irremiſſibili. Sunt autem peccata in filium, ea quæ per carnis fragilitatem fiunt ab ijs, qui credunt in filium Dei, & qui pœnitentiam agunt, peccata uero in ſpiritum ſanctum, quæ fiunt ab impijs, ſunt 1. impugnatio agnitæ ueritatis. 2. inuidentia fraternæ gratiæ. 3. finalis impœnitentia.

DE

DE SECVNDA EPISTOla Ioannis.

IN hoc unico cap. huius Epiſtolæ, Ioannes primum ſe uocat ſeniorem, quia presbyter fuit, & ſummus Apoſtolus iam ſenex, uixit enim ad tempora Traiani imperatoris ſub quo obijt (ut habetur in hiſtorijs) anno Chriſti centeſimo primo, ſuæ uerò ætatis nonageſimo. Deinde electam dominã, id eſt, nobilem & gratioſam hortatur primùm ad dilectionem. Deinde ad perſeuerantiam in doctrina Chriſti.

Poſtremò doctrinæ Chriſti oſores excommunicandos eſſe monet.

DE TERTIA EPISTOLA Ioannis.

IN hoc unico huius Epiſtolæ cap. tres uiros nominat Ioannes, quorum primum cui ſcribit, et quẽ filium uocat, nempè Caium, à ueritate ſeu uero Dei uerbo, deinde à charitate, poſtremò ab hoſpitalitate commendat, & ab imitatione malorum dehortatur. Alterum uerò Diotrephen epiſcopum impium, non tantum, ut obtrectatorem & calumniatorem, ſed etiam ut inhoſpitalem, & Chriſtianorum fratrũ oſorem ac excõmunicatorẽ, acriter obiurgat & reprehendit. Tertiũ Demetriũ, nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

aliorum, nunc ſuo quoq; teſtimonio propter ueritatem, id eſt, uerbi Dei *cognitionem & obedientiam commendat.*

DE EPISTOLA *Iudæ.*

HIc *Iudas cognomento* Thaddæus, *filius fuit* Alphæi, Iacobi *parui (ut uocant) & Simonis* Apoſtolorum *frater, et ipſe* Apoſtolus, *hoc unicum huius* Epiſtolæ *caput ſcripſit, in quo per omnia reſpondet ſecundo capiti, ſecundæ* Epiſtolæ Petri. *Primum enim minatur hæreticis & falſis doctoribus extremum malũ, adducens in medium exemplum,* 1. Aegyptiorum. 2. Angelorum. 3. *Sodomorum, item* 4. Cain. 5. Balaam. 6. Coræ.

Deinde eos ſuis coloribus depingit, quemadmodum Petrus, *& quales ſunt deſcribit, quæ deſcriptio, quos concernit noſtro ſeculo, non eſt obſcurũ iudicare.*

Poſtremò pios omnes hortatur ad perſeuerantiam, 1. *in fide.* 2. *ſpiritu ſancto.* 3. *oratione.* 4. *dilectione.* 5. *expectatione miſericordiæ* Dei. 6. *miſeratione.* 7. *nouitate uitæ.* In *ſumma, uult pios ſeruare fidem & cauere falſam doctrinam.*

DE

DE APOCALYPSI Ioannis.

Hiſtoria Eccleſiaſtica tradit Ioannem ſub imperatore Domiciano relegatũ in Pathmos inſulam, ibiq; hãc Apocalypſim, hoc eſt, reuelationem ſcripſiſſe. Deinde uerò poſt mortem Domiciani cum ex inſula Pathmos redijſſet Epheſum contra hæreticos ſuum Euangelium ſcripſiſſe, 1. Martionem. 2. Ebionem. 3. Cerinthum.

Continet autem hic liber ſub nomine reuelationis, prophetiam de fortuna, rebus & euentu Eccleſiæ deriuatiuæ, id eſt, à primitiua Eccleſia deriuatæ, & deriuandæ uſq; ad finem mundi. Diuidi non incommodè poteſt, 1. in ſeptem ſigilla. 2. Tubas. 3. Phialas.

Septem ſigilla ſignificent perſecutionẽ eccleſiæ, quæ facta eſt à tyrannis Domiciano, Traiano, &c. quæ incipit quidem in primitiua Eccleſia tempore Apoſtolorum, ſed durauit deinde per 300. annos, uſq; ad tempora Conſtantini. Deſcribitur autem in hoc libro, cap. 4. 5. 6. & 7.

Tubæ ſignificent hæreſes, ut Arij, Sabellij, à tẽporibus Conſtantini, uſq; ad tempora Theodoſij per alios 300. annos, imo uſq; ad Mahometum & Papatum. Hîc uerò deſcriptæ ſunt ab 8. cap. ad 16. incluſiuè.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Phialæ ſignificent plagas Antichriſti per hos 900. annos à tempore Bonifacij papæ, uſq; ad hæc noſtra tempora, de quibus hic legas à cap. 17. uſq; ad finem libri. Poteſt & aliter diuidi, ſcilicet, in ſeptem uiſiones, id eſt, figuras conſpectui repreſentatas.

VISIO I.

Septē Eccleſias Aſiæ minoris. 1.2.3 cap. 2. de Chriſto exaltato & Eccleſia, 4. 5. 6. 7. cap. 3. de diſcipulorum Chriſti ſedulitate, cap. 8. 9. 10. 11. 4. afflictione Eccleſiæ, cap. 12. 13. 14. 5. perſecutione nouiſsima ſub antichriſto, cap. 15. 16. 6. extremo iudicio, cap. 17. 18. 19. 7. uictorijs Chriſti & Eccleſiæ, cap. 20. 21. 22.

IN SVMMA:

1. Deſcribit regnum Chriſti. 2. conſolatur afflictos pios. 3. perterrefacit Tyrannos. 4. deſcribit ſacerdotium Chriſti. 5. commendat preces ſanctorū. 6. reuelat hiſtorias noui teſtamenti.

Poſſunt & in hunc modum capita diſcerni.

A 1. cap. uſq; ad 4. eſt præfatio, quæ primum continet harum reuelationum commendationem ab efficiente cauſa, ſcilicet Deo. Deinde cōmonefactionem ad ſeptem Epiſcopos Eccleſiarum, in minori Aſia, quos uocat angelos, candelabra, ſtellas, &c. propter miniſterium uerbi.

A 4. cap.

A 4.cap.uſq; ad 8.eſt prima pars libri, de ſeptẽ ſigillis, ubi per 1. Seniores.2.animalia. 3. uolatilia. 4.agnum.5.angelos.6.Sigilla.7.equos.8.Signatos. 9.Turbam.10.librum, uidetur intelligere. 1. Prophetas.2.Euangeliſtas. 3. doctrinam ſacrã. 4.Chriſtum ipſum. 5.miniſtros uerbi.6.perſecutiones. 7. Tyrannos.8.electos ex Iudæis.9.electos ex Gentibus.10. miniſterium reuelationis.

Ab 8.cap.uſq; ad 15.cap.eſt ſecunda pars de Tubis, ubi 1. per tubas, 2. ſtellas, 3 angelum, 4. librũ, 5.templi menſurationem, 6. ciuitatem ſanctã, 7. duos teſtes, 8.mulierẽ, 9.duodecim ſtellas, 10.præliũ, 11.Michaelem, 12.beſtiã, 13.agnum, 14. uocem tonitrui, 15.canticũ nouum, 16.mulieres, 17.uirgines, intelligit, 1.hæreſes, 2.hæreticos.3. miniſteriũ uerbi, 4.Euangelium, 5.Religiones, 6.Eccleſiã, 7. Prophetas et Apoſtolos, 8. eccleſias, 9. duodecim tribus, 10.Euãgelij prædicationẽ, 11.Chriſtũ, 12.monarchiã Romanã. 13. Chriſtũ, 14. uerbũ Euãgelij, 15.Euãgeliũ.16.Idolatras.17.Syncerè Chriſtianos.

A 15. cap.uſq; ad finem libri, tertia pars eſt de Phialis, ubi per 1. beſtiam, 2. meretricem, 3 poculum aureum, 4. characterem, 5. phialas. 6. nuptias agni, 7. nomen ſcriptum, 8. cœlum nouum, 9. terram nouam, uult intelligere, 1. Monarchiam Romanam, 2.idolatriam antichriſti, 3.ſplendidam hypocriſin, 4.certum ſignum antichriſti, 5. plagas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Antichriſti. 6. humanitatem Chriſti. 7. diuinitatē Chriſti. 8. imaginem uitæ æternæ.

Ad quam nos peruenire faciat, is qui ſacram hanc ſuam ſcripturam ſuo precioſo ſanguine credentibus obſignauit Chriſtus Ieſus Dominus, & ſaluator noſter, qui cum patre & ſpiritu ſancto ſit benedictus in ſecula. Amen.

Sit igitur hæc uia rudioribus peruagandi ſcripturam ſacram, ut prius fiant textuales (ut uocāt) hoc eſt, ut textum, & textus cohærentiam probè cognitam habeant, & difficiliorum ſententiarum ex commentarijs quærant explicationem, ad gloriam Dei ſempiternam, Amen.

F I N I S.

Soli Deo gloria ab æuo in æuum:

A M E N.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Breuis ſed lucu LENTA EXPLICATIO ORATIONIS CHRISTI IOHANnis 17. per Dominum Petrum Palladium Theologiæ Doctorẽ.

CLARISSIMIS ET PRAESTANTISSIMIS VIRIS DOmino Iacobo Bordingo, Regiæ Maieſtatis in Dania Achiatro, Medicinæ Doctori, & in Academia Hafniana profeſſori. Et domino Henrico Buſcoducenſi, Regiæ Maieſtatis Concionatori, Dominis & patronis ſuis in Chriſto ex animo colendis.

GRatiam & pacem à Deo Patre per Chriſtum Dominum noſtrum. Reuerendißimus uir D. D. Petrus Palladius has ſuas meditationes in Chriſti Domini noſtri orationem non in hoc conſcripſit, ut unquã ederet, ſed ut eam Orationem pro concione Eccleſiæ ſuæ propoſiturus, præmeditatus ueniret. Eas poſtea dederat legendas cuidam concionatori in Pomerania, à quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

cum ipſius autoris iuſſu repetitas perlegiſſem, ſic mihi ob ſuccinctam, ſed luculentam breuitatem, piamq; & eruditam explicationem placuerunt, ut citra autoris etiam conſenſum eas deſcriptas ad Typographum miſerim, quò toti Eccleſiæ commu nes fierent. Si quid hîc peccaui, animo non malo & ſtudio pio peccaui, atq; ob id ſpero æquiorem eum mihi futurum, cùm ſumma ſit pietate & humanita te uir. Nec tamen publicaſſem, niſi planè hoc mihi perſuaſiſſem, uirum pientißimum non omnino id meum in iuuanda Eccleſia ſtudium & hanc meam piam & Eccleſiæ fructuoſam audaciam non prorſus improbaturum. Poſſem etiam tueri hoc meum factum exemplis magnorum uirorum, qui itidem aliorum ſcripta utilia non conſultis ipſis autoribus in publicum emiſerunt. Cùm etiam pia & ſalutaria ſint quæ communia facio, ſpero eius peccati, ſi quod eſt, facile me ueniam à Deo obtenturum & gratiam impetraturum. Volui uero clarißimi & eximij uiri & domini ex animo mihi in Chriſto colendi, has Homilias ideo uobis inſcribere, ut patrocinio ueſtro mihi apud D. Epiſcopũ adeſſetis, apud quem autoritate uos ſcio multũ ualere, ſi forte aliquam ſignificationem dederit, ſibi hanc meã audaciam non probari. Deinde ut extaret publicum aliquod & perpetuũ meæ erga uos obſeruantiæ atq; amoris teſtimoniũ ac monumentum, quos

mecum

mecū omnes pij propter excellentē doctrinā, eximiam pietatē, magnā ſapientiam, mirificā morum ſuauitatē, amabili grauitate temperatam, & alias præclaras uirtutes, meritò amant & uenerantur. Deus pater Domini noſtri Ieſu Chriſti *uos tam eximios uiros ad gloriā ſui ſanctiſsimi nominis & ad* Eccleſiæ *utilitatem ſeruet quàm diutiſsimè incolumes,* Amen.

V. D. *deditiſsimus*

Ioan. Frederus.

DE ORATIONE CHRISTI IOHANNIS XVII. PEtrus Palladius Doctor.

SIcut Chriſtus Lucæ 11. *loquens contra impios* Phariſæos, *et obijciens eis* Reginam Sabæ, *quæ uenit audire ſapientiam* Salomonis, *ſubiunxit* , Et ecce *pluſquam* Salomon *hic: ita quoque hæc* Chriſti *oratio facile palmam obtinet, non tantum ſuper orationem* Salomonis, *ſed etiam ſuper omnes* Pſalmos *& orationes ueteris & noui teſtamenti.* Quanquam *enim omnes orationes auxilio ſpiritus ſancti conſcriptæ ſunt, tamen hîc eſt aliquid ſingulare.* Nam *filius hîc cum* Patre *prolixius loquitur, & ſuauiſsima uoce patrem compellat, nunc pro ſeipſo, nunc pro*

Eccleſia, cui pater nihil denegare poteſt, quippe in quo patri complacitum eſt. Nam uero pontificis officio fungitur, ut applicet ſuum ſacrificium Eccleſiæ, ut meritum & precium redemptionis, quod nemo ſanctorum facere poteſt. Ideo etiam tria ueri Sacerdotis officia commemorat in hac oratione, ſcilicet docere, orare & ſacrificare. Proinde debet hæc oratio Chriſti nobis eſſe commendatiſsima, & in animum inſcribenda, ediſcenda, & ſæpe magna intentione animi cogitanda eſt. Sunt quidem aliæ orationes Chriſti ante & poſt hanc, ſed hæc eſt omnium mater. Priuſquam autem explicandam ſuſcepero hanc orationem, ſoluam tres quæſtiones breuiter, quæ nobis proponi poſſunt.

Prima eſt, cùm oratio Chriſti fuerit ſingulare colloquium cum patre, & Chriſtus ipſe iubeat ut orantes intrent in conclaue &c. quid opus erat, ut publicaretur hæc oratio Chriſti? Reſpondeo, Quia Doctor eſt Chriſtus, uolebat tam oratione ſua, quàm prædicatione ſuos auditores ædificare. Ideò ſicut eſt dicta Apoſtolis, ita quoq; ſcripta eſt nobis ad ædificationem, Et gratias agamus Deo pro publicatione huius orationis & aliarum multarũ in ſcriptura & extra ſcripturam, quæ conueniunt cum oratione noſtra Dominica.

Secunda quæſtio, Chriſtus inquit Ioannis 10. Poteſtatem habeo ponendi animam meam &c. Cur

hic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

hîc petit, quod in ſua poteſtate habet? Reſpondeo, Tempora diſcernenda ſunt in Hiſtoria Chriſti. Tũc locutus eſt ut Deus, & pro ſua diuinitate, Sed hîc eſt tempus humiliationis & paßionis Chriſti in quo (ut loquitur Irenæus) natura diuina in eo quieuit, quando factus eſt maledictũ pro nobis, et Deus poſuit in eo iniquitates omnium noſtrum, Tunc ſuſtinuit naturalem mortis metum, et alios quoſdã dolores maiores quàm ſuſtinet eccleſia: Quia fuit perſona tua, mea, Dauidis, Petri & omnium peccatorum, pro quibus preces et ſupplicationes in diebus carnis ſuæ fecit cum clamore ualido & lachrymis, atq; exauditus eſt propter ſuam reuerentiam. Hebræo. 5. Concurrebant multæ cauſæ dolorũ, Prima, præuidit Iudaicæ gentis interitum, Secunda, uidit magnam partem generis humani cumulare iram Dei. Tertia, ſenſit iram Dei aduerſus peccata. Ideò cum eccleſia & pro eccleſia Deum inuocauit ut exaudiretur. Idem & nunc præſtat ad dexteram patris, quia pontifex noſter eſt, qui poteſt compati noſtris doloribus. Quoties igitur noſtras precationes incipimus, cogitemus hunc ſummum Sacerdotem, filium Dei ſtantem coram æterno patre & uerè affici noſtro dolore, gemere nobiſcum, & noſtras preces perferre ad æternum patrem. Hæc certè inter precandum cogitanda ſunt, ut pater philoſtorgus afficitur erga liberos calamitate conflictantes.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Tertia quæſtio. Cùm ſciat Chriſtus euentũ, cur nũc angitur quaſi in re dubia? Facilis reſponſio. Etiamſi ſcit euentum Chriſtus, tamen ſimul & infirmitatem ſuam nouit, & quo maior eſt ſapientia, eo magis intelligit, quãta res ſit ira Dei, & nouit eam ſuſtineri ſine diuino auxilio non poſſe. Ideo & auxilium & liberationem petit. Hactenus de quæſtionibus.

Porrò quanquam hîc ſunt illi magni motus animi & interdum querelæ, rurſum conſolationes admixtæ, tamen non ſunt ut hominis perturbati inanes querelæ, ſicut prophani homines putant, legentes has conciones aut precationes. Nam ut antea tradidit doctrinam de rebus maximis, ita hic petit præcipua bona, quæ maximè neceſſaria ſunt eccleſiæ.

Et quanquam Dauid, Salomon, Theodoſius & alij principes morientes petierunt ſeruari puritatem doctrinæ cæleſtis in eccleſijs, quas ipſi rexerant, & concordiam ſuæ poſteritatis, tamen his addit Chriſtus adhuc duas res, quæ propriè ſpectabant ad illum ut uerum ſacerdotem & autorem uitæ æternæ petendæ, uidelicet, primò ut ſuum ſacrificium pro uniuerſa eccleſia recipiatur. Secundò ut toti eccleſiæ detur uita æterna propter ipſum. hoc habet ſingulare quod addit aliorum piorum precationibus.

DIVI-

DIVISIO.

Hæc oratio principaliter in duas partes diuidi poteſt, In priori & minori pro ſeipſo Deum patrem precatur. In poſteriori & longiori pro eccleſia. In priori parte eſt hæc principalis ſententia, nimirum de officio Chriſti, ad quid Chriſtus uenerit, uidelicet daturus uitam æternam. & definitur hic uita æterna. In poſteriori ſententia principalis eſt applicatio ſacrificij Chriſti pro eccleſia, ubi Chriſtus fungitur uero pontificis officio, Sed interim quatuor petit pro eccleſia, uidelicet, primò conſeruationem ueræ doctrinæ, Secundò concordiam eccleſiæ. Tertiò applicationem ſui ſacrificij. Quartò, ultimum & ſummum bonum, ut eccleſia cum Chriſto ornetur uita, læticia & gloria æterna.

Porrò cum eccleſia tam auditores quàm prædicatores & doctores complectatur, poſterior pars in duas partes ſubdiuiditur. In priori precatur pro omnibus uerbi miniſtris, qui hic per Apoſtolos intelliguntur. In poſteriori pro omnibus auditoribus & fidelibus Chriſtianis. In ſumma, primus paragraphus continet precationem Chriſti pro ſeipſo Secundus & tertius, pro miniſtris. Quartus & quintus pro omnibus Chriſtianis, auditoribus Euangelij.

Audiamus nunc arrectis auribus & attentis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

animis, quomodo Chriſtus Ieſus paret uiam oratione ſua, & aperiat ianuam ad patrem nobis, ut & nos in nomine ipſius cum fiducia ad Thronum Dei accedamus. Sic incipit Euangeliſta. HAEC locutus eſt Ieſus. Connectit hoc caput, & hanc orationem ſuperiori concioni, quam habuit in cœna coram diſcipulis, ut eſt deſcripta à 13. capite huc uſq;, cuius concionis ſumma eſt,

1 De miniſterio Euangelij.
2 De ſumma doctrinæ Euangelij.
3 De miſsione ſpiritus ſancti.
4 De ſua præſentia.
5 De effectibus Euangelij.
6 De cruce.
7 De conſolationibus, quæ opponendæ ſunt atrociſsimis terroribus, quibus mundus delere Euangelium conatur.

Nunc facit Apoſtrophen ad æternum Patrem. Particula quæ ſequitur: ELEVATIS oculis, &c. geſtus eſt ſingulares & ingentes motus pectoris & animi ſignificans. PATER, eſt compellatio, qua uel ſex uicibus utitur, ut ſit mutui amoris inter Patrem & filium teſtimonium, & ciet in utroq; ardentes affectus. Sic in horto, Pater &c.

VENIT HORA

Iam incipit prima pars, in qua pro ſe ipſo petit, cuius ſingulas particulas breuiter enarrabimus.

1. Ve=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

I. VENIT hora) quaſi dicat, iam inſtat agon omnium maximus, qualem nemo patrum ſuſtinuit, ut Pſalmo 22. In te ſperauerunt patres noſtri &c. Ego autem uermis &c.

II. CLARIFICA filiũ tuum, uel glorifica, id eſt, non ſinas me ſuccumbere in hoc agone, libera luctantem & reſtitue gloriam quam habui &c.

III. VT filius &c. Cauſa finalis, 1. ut ſatisfiat iuſticiæ tuæ. 2. ut placetur ira iuſtißima.

3. Vt deleatur peccatum.

4. Vt Eccleſia meo ſanguine redimatur.

5. Vt celebret te in æternum.

SICVT dediſti) Secunda cauſa finalis propter nos, ſicut prima propter gloriam Dei. Egregia argumenta. Porrò de hac poteſtate paßim, ut, Omnia ſubieciſti pedibus, &c. Omnia mihi tradita ſunt, &c. Data eſt mihi omnes poteſtas. Eſtq́; locus de diuinitate Chriſti, qui poteſt dare uitam æternam.

2. HAEC EST autem uita) Principalis ſententia complectens ſummam Euangelij, & mirabilis definitio uitæ æternæ, quæ hic tantum inchoatur in hac uita, ubi ex uerbo cognoſcimus, ibi uero facie ad faciem cognoſcemus patrem, primum,q; pater, filius & ſpiritus ſanctus ſit unus uerus Deus, Deinde quòd Ieſus ſit Chriſtus, id eſt, quòd Deus oſtendet nobis propter Chriſtum ſuam lucem, ſapientiam, iuſticiam, uitam, læticiam æternam. Arri=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

us hîc impegit, quia Chriſtus non addidit ſuo nomi ni etiam Deus, ſed diuinitas Chriſti ex alijs particu lis oſtenditur. (EGO glorificaui te) Repetitio. Lo cus de diuinitate Chriſti clarior.

Repetitio de principali ſententia. HAEC EST uita æterna. Hæc enim ſentētia reponenda eſt imis ſenſibus, & ſæpiſſimè cogitanda. Nam ingens ari= es eſt contra Philoſophiam ſeu Ethnicam ſapi= entiam, contra Iudaicos & Mahometicos furo= res, contra omnes humanas opiniones de uita bea= ta, & cultibus quos excogitarunt homines contra Euangelium, adeoque contra totum Papatum, qui docet cognitionem cuculli, indulgentiarum, ie= iuniorum, Roſariorum &c. eſſe uitam æter= nem, quibus omnibus opponenda eſt hæc ſen= tentia aurea, & nucleus totius ſacræ ſcripturæ ueteris & noui Teſtamenti. Videamus itaque duo,

1. Conſtructionem uerborum.
2. Mirabilem definitionem uitæ æternæ.

Hæc conſtructio uidetur commodiſſima, Vt co gnoſcant ſeu agnoſcant te ſolum eſſe uerum De= um, & ut agnoſcant Ieſum quem miſiſti eſſe Chri= ſtum, hoc eſt, regem, ſacerdotem ſeu mediatorem, ut hæc ſit ſententia, Nemo uenit ad patrem, ni= ſi per filium: & à uero Deo deerratur, niſi hic Deus inuocetur, qui eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: neç exaudit Deus niſi accedamus fiducia

mediatoris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

mediatoris Chriſti. Hæc ordinatio uerborum declarat principalem Euangelij doctrinam.

1. Quis ſit uerus Deus.
2. Quæ ſit eius uoluntas.
3. Quomodo uelit inuocari & exaudire.

Sed poſtquam Arrius ex particula, Te ſolum, cœpit negare Chriſti diuinitatem, S. patres Hilarius & alij inſtituerunt hanc conſtructionem horum uerborum, Vt cognoſcant te, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum eſſe ſolum uerum Deum. Prior tamen cõſtructio conuenientior eſt. Nam oſtendit nobis clarius noſtrum mediatorem, quem tamen ſcimus ex alijs locis ſcripturæ, imò ex hoc eodem capite, eſſe Deum cum Deo patre. Et particula Solum, non excludit filium aut ſpiritum ſanctum, ſed numina commentitia omnium gentium. Sed uideamus alios ſcripturæ locos, qui hunc nobis declarant.

Ioan. 4. Pater maior me eſt. Hîc facit diſcrimen inter ſui humiliationem, ac mediatoris officiũ & ſuam diuinam maieſtatem.

Matth. 19. Quid me uocas bonum? nemo bonus eſt, niſi unus Deus. Et hîc diſcrimen fit inter Chriſtum miniſtrum, & inuiſibilem maieſtatem. Sic & hoc loco facit diſcrimen inter ſuam humanitatem & diuinitatem, per hoc quòd patrem uocat Deum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ſe uero Chriſtum, id eſt, Mediatorem. Et tamen in proxima clauſula reddit Teſtimonium ſuæ diuinitatis. Hactenus de uerbis & eorum conſtructione. Nunc de ſententia definitionis.

Miranda profectò definitio eſt, quòd uita æterna ſit cognitio ſeu agnitio ueri Dei & Chriſti, quòd conſiſtat in cognitione, quia alioqui dicitur conſiſtere in lætitia, gaudio, gloria, &c. Sed ſciendum eſt, quòd loquatur Chriſtus de futura cognitione in cœlo, quæ tantum hîc inchoatur in uerbo, ſicut & uita æterna hîc tantum inchoatur. Duplex eſt enim cognitio ueri Dei & Chriſti, Imperfecta & perfecta. Imperfecta in hoc mundo, ubi uidemus in ænigmate. Perfecta in cœlo, Nam ibi uidebimus facie ad faciem. Dabo craſſam ſimilitudinē. Cum Vuitebergam nondum uidiſſem, audiui & cognoui hîc in Dania Lutherum tunc temporis eſſe Doctorem magnum Vuitebergæ, & Pomeranum Paſtorem, Philippū Lectorem, ſed illa cognitio ferè nulla erat ad illam alteram, quando meis oculis uidi eos, audiui legentes & concionantes, fruebar illorum doctiſſimis & ſuauiſſimis colloquijs, uerſabar inter ſtudioſos & doctos. Prior cognitio fuit tantum uelut umbra huius cognitionis intuitiuæ, ut uocant. Sic nunc cognoſcimus Deum & Chriſtum per uerbum & fidem, Sed ibi intuebimur Deum, oſtendentem nobis ſuam ſapientiam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

tiam,lucem, iuſticiam,læticiam, conſpectmu, Hæc eſt uita æterna.

Huc referantur multæ ſententiæ ſcripturæ.

Nemo nouit patrem,&c. Qui uidet me, uidet & patrem meum.Item:Venite ad me. Si quis ſitit. Qui credit in me flu. aq. ui.fluent de uen. &c. Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum. Hæ conſolationes in ueris angoribus ſunt guſtus uitæ æternæ,quando fide apprehenduntur.

Sume craſſam ſimilitudinem de nuptijs lautè apparatis, ad quas inuitatus es, & tandem interſis in gaudio, &c. Sic futurum eſt ſuo inenarrabili modo, quando Chriſti ſponſi ſponſa Eccleſia eſt introducenda in æternas nuptias & epulas cœleſtes in illo die. Tunc uidebimus diuinitatis claritatem, in patre,filio & ſpiritu ſancto ad oculum, & facie ad faciem,Sed oculus nondum uidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderunt ea, quæ præparauit Deus diligentibus ſe,de quibus lege & mirare ſaltem umbratile quoddā ſimulacrum, Apo. ca. 21. & 22.Sit igitur hic Euangelij locus præcipuus, ante omnes alios commendatus.

EGO TE glorificaui) Repetit inſtitutam precationem, et addit cauſas ex ordinatione Dei patris, q. d. Tu, mi pater,uoluiſti te patefacere miſſo filio,ac redimi genus humanum, & ME fieri

uictimã & placatorẽ, Ecce obediui & obedio. Nũc uiciſsim iuxta tuã ordinationem me glorificato, id eſt, Adiuua me, ne ſuccumbã in hoc agone, & reſtitue mihi gloriã æternã, quã apud te habui, antequã mundus conderetur. Hoc dictum expreſſè de filij diuinitate concionatur. Nã ſi fuit ante creationẽ mũdi, nõ eſt creatura. Habemus ergo hîc clarũ teſtimoniũ reponendũ inter alia teſtimonia de diuinitate filij contra Arrium, Samoſatenum, Seruetum, &c.

MANIFESTAVI *nomen tuum*) Pergit explicare quibus glorificauerit patrem, ſcilicet, Quia Euãgelium ex arcano ſinu patris prolatum tradiderit Apoſtolis. 2. Inſtituerit miniſterium Euangelij. 3. Addiderit teſtimonia miranda.

Porrò nomen Dei eſt omne illud, quod de Deo dici poteſt, ut 1. Miſericordia Dei. 2. Remiſsio peccatorum. 3. Bonitas. 4. Iuſticia. 5. Redẽptio. 6. Saluatio. Hæc omnia manifeſtantur de Deo ꝑ Euangeliũ.

Cum addit: QVOS dediſti mihi de mundo) Intelligit credentes omnes, ut non ſit opus hic multũ de prædeſtinatione diſputare. Hæc in Chriſto quærenda eſt, & fide certificanda: nam elegit nos in Chriſto ante fundamenta mundi, Ephe. 1.

Cum inquit: TVI ERANT) De credentibus loquitur, quòd ſunt Dei patris ratione creationis, qa ſunt homines & creaturæ Dei. Deinde ſunt etiam filij, ſed duplici nomine, ratione creationis, & ratione

tione redemptionis, qua pater dedit filio credẽtes omnes. Huc refer illud Bernhardi: Chriſtus habet duplex ius regni cœlorum, ſcilicet ratione creationis, hoc ſibi reſeruat, & ratione redemptionis, hoc dedit credentibus, quos ei pater dedit.

NVNC cognouerunt) Credentes ſciunt et intelligunt Euangeliũ Dei nõ eſſe cõmentũ hominũ, ſed diuinitus allatũ à filio, quẽ pater miſit in mundũ, et cui dedit hoc Euãgeliũ inuulgandũ uniuerſo mũdo.

Quiſquis igitur Euangelion Chriſti fide acceperit, is cognoſcit uerè Chriſtum, quo cognito, cognoſcitur Deus. Cognitio autem patris & filij per ſpiritum ſanctum eſt uita æterna.

Hucuſq; Chriſtus pro ſe precatus eſt patrẽ, & oſtendit interim ſuã & humanitatẽ, & diuinitatẽ, adeoq; conſolationem ex utraq;. Noſtrũ eſt igitur et patrẽ et filiũ ſemper glorificare, uera inuocatione, gratiarũ actione, fide, dilectione Dei & proximi, certi interim de uita æterna, et gaudio æterno.

Sequitur nunc altera pars principalis huius orationis uſq; ad finem capitis, in qua Chriſtus, (poſtq̃ ſeipſum Deo patri cõmendauit) pro eccleſia precatur. Porrò principalia & totalia eccleſiæ mẽbra ſunt duplicia, ſcilicet, prædicatores & auditores. Ideò diſtinguit hãc partẽ ſuæ prædicationis in duas portiones, et orat primum pro prædicatoribus omnibus uſq; ad finẽ mundi. Deinde pro omnibus in genere Chriſtianis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Tria aũt precatur in ſumma.1.ut ueritas,id eſt,lux Euangelij non extinguatur inter doctores.2.ut maneat concordia in eccleſia. 3. ut Deus propter hoc Chriſti ſacrificium omnibus remittat peccata, & det uitam æternam confugientibus ad Chriſtum.

EGO pro eis rogo.) Diuidamus hãc pro apoſtolis ſeu miniſtris precationẽ in quatuor particulas, binas in ſingulis paragraphis, & ſecũdũ eas textũ recitemus.In hac prima particula docet ſe pro apoſtolis rogare,ſed nõdũ exprimit precationes.Nã interim ponit primũ hãc triſtẽ negatiuã particulã, (NON pro mũdo rogo,)quæ eſt admodũ horrẽda. Deinde laudat Apoſtolos adhuc ſicut antea,ꝙ ſit in eis clarificatus. Poſtremò breuiſsima particula,Nẽpè quòd ſint in mũdo,pericula eorũ inſinuat patri. Porrò ut negatiuũ rectè intelligamus.Primò ſciendũ eſt,mundũ eſſe oẽs qui ꝑtinaciter Euãgelio aduerſantur. De his & in Pſal. 16.inquit ad aliũ accelerãtes multiplicabunt dolores ſuos,nõ libabo libamen eorũ cũ ſanguine,nec adſumã nomẽ eorũ in labijs meis.Quæ poteſt eſſe maior miſeria, quàm excluſum eſſe à precatione Chriſti, & maledictum à Deo,et æternæ iræ Dei ſubiectũ? Deinde diſcamus nos quid hìc nobis ſit agendũ,uidelicet, ut oremus et nõ oremus pro mũdo.Primũ nõ oremus,ut Deus confortet mundũ in ſua impietate et iniquitate.Sic Moſes Nu. 16.orat Deũ ne aſpiciat ſacrificiũ Ko=

rah. Et in Pſal. Non miſereatur omnibus operantibus iniquitatem. Deinde oremus interim pro conuerſione mundi, & impiorum ad Deum.

Quod ſequitur: OMNIA mea tua ſunt) Confirmatio eſt orationis, Chriſtus eſt patris gazophylatium. Item, CLARIFICATVS ſum in eis) Hîc laudat eos, et eſt ſecunda Confirmatio per commendationem, Eſtq́; dulciſsima conſolatio omnium amplectentium Euangelium, Nam eos uult ſeruari, nempè cuſtodes ſui ſermonis. Hic habent miniſtri confirmationem ſui miniſterij et maximam conſolationem, quòd habeant Deum ipſum defenſorem, Tui ſunt, inquit, Sit Chriſto gratia in æternum.

IN mundo ſunt) Hîc deſcribit eorum periculū. Nam in mundo ſunt multi Tyranni, fanatici, hæretici, perfidioſi, qui omnes ſunt organa Diaboli concitata ad delendum Euangelium, Item, magnæ infirmitates in Eccleſia, & undiq; pericula.

2 PATER ſancte ſerua eos) Precatio pro conſeruatione Euangelij, ut ſcilicet Miniſtri diu perdurent in hac uita propter ædificationem Eccleſiæ. Sic in oratione dominica, Sanctificetur nomen tuum. Sit igitur hæc ſumma cura, ne extinguatur lux doctrinæ, ſicut quotidiè orat Eccleſia pro miniſtris uerbi, Sic Pſal. 115. Nō nobis Domine nō nobis.

VT unum ſint) Hîc ſtatim inſeritur altera precatio, de concordia ſpirituali, quæ eſt, ut primum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

ſint mentes eorum copulatæ Deo. Deinde ut inter ſeſe congruant, Non ſicut Pilatus & Herodes amici facti ſunt in malo ſcilicet, ut inter Petrũ et Ioannem conuenit in bono. In ſumma, concordia ſit in Deo & una doctrina. Porro ſæpe de hac unitate loquitur Ioannes, etiam in epiſtola: Vnitas patris & filij eſt ex natura, noſtra uero cũ illis ex gratia.

VT habeant gaudiũ) Finalis cauſa utriuſq; precationis de pleno et ſolido gaudio. Eſt autẽ duplex gaudiũ, carnale & ſpirituale, illud ex temporalibus rebus, hoc ex rebus æternis. Exemplũ. Saul humanis cõſolationibus ſe ſuſtentat, uidet, 1. ſe adhuc antecellere uiribus, 2. eſſe in poſſeßione regni. 3. habere filium bene meritum.

Sic ſe conſolatur, et ratiocinatur, Dauidẽ facile excludi poſſe, ſed hæ humanæ conſolationes tandẽ eum deſtituunt. Dauid pulſus in exiliũ, & deſertus uiribus humanis, ſcit ſe habere Remißionẽ peccatorũ, & Deum propitiũ, ſeq; non periturũ. Hic acquieſcit & firma in luctu cõſolatione ſe ſuſtentat.

NON rogo ut tollas) Locus de defenſione, uult ſemper eſſe miniſtros, & uult eos defendi & cõſeruari, etiamſi ſtent ad mare rubrũ inter undas procelloſas, id eſt, regna et imperia, quæ maximo odio perſequuntur Eccleſiã & miniſtros. Cogitemus igitur nos ſtare ad mare Rubrũ, ſicut Eſa. de Moſe loquitur, Qui eduxit dextra Moſen brachio maieſtatis,

tis,

tis. Item: ſpiritus domini ductor eius fuit. Sic hodie & ſemper. Si ſtatim abduxiſſet Apoſtolos ex hac uita, fuiſſet mirandũ, ſed hoc magis mirandũ, quòd ſeruauit in mundo.

SANCTIFICA eos) Repetit expreßius precationem de doctrina. Sic Eſa. 8. Obſigna legem in diſcipulis. q. d. tenebræ ſunt in mundo, ſed tu uerbum quod prophetis tradidiſti, ſerua in mentibus eorũ: ita hîc quoq; Chriſtus precatur, Sanctifica eos, id eſt, ſerua Euangeliũ & uerã ſententiã in mentibus Apoſtolorum & miniſtrorum uerbi.

SERMO tuus ueritas eſt) Expreſſe addit quid ſit ueritas, nempè ſermo Dei contra omnes fanaticas opiniones. ſic et nos oremus, Sanctifica nos.

SICVT me miſiſti) Conſolatio precationi mixta. ET pro eis me ſanctifico) Hîc applicat Chriſtus ſacrificium ſuum pro Apoſtolis, & per conſequens pro tota Eccleſia, ut omnibus remittat pater peccata propter mortem filij et donet uitã æternã.

ET PRO ipſis me ſanctifico) Repetitio de applicatione, ſemper in omni uita cogitãdũ eſt de applicatione ſacrificij Chriſti, et interceßione pro nobis. Ratio. Sic enim recte de Mediatore et ſacerdote Chriſto cogitabimus, quãdo eũ intuemur, pro nobis quoq; intercedẽtẽ, et pro nobis applicantẽ ſacrificiũ. Cõfir. Nã ad officiũ ſacerdotis ꝑtinet, nõ ſolũ offerre aliq̃d, ſed mẽs accedat orans pro eo, pro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

quo fit ſacrificium. Ideo ponit hîc filius Dei uerba applicationis, quæ ſunt præcipua uerba totius Euangelij ſonantis inde uſq; à prima promiſsione, Imo ſunt reuelationes illius arcanæ deliberationis S. trinitatis habitæ ſtatim poſt lapſum Adæ. Quoties igitur fundis preces ad Deum, toties hunc ſacerdotem mens primùm intueatur, & hîc uerba applicationis apud te repetantur, ut ſtatuas uerè pro te quoq; filium Dei factum uictimã, & pro te apud patrem intercedere, Tunc fides tua in omni inuocatione & in tota uita inde excitabitur. Vocabulum Sanctificare, ſumptum eſt à ritu ſacerdotũ ſacrificantium, & à uictima, Nam ſacrificatio dicebatur, 1. Præparatio, 2. Mactatio, 3. Oblatio, Sicut Chriſtus inquit, Sanctifico, id eſt, ſegrego me ex toto genere humano, ut fiam hoſtia Deo dicata, & me præbeo mactandum & tibi me offero, id eſt, uoluntati tuæ obedio. Sic eſt ſanctificatio ipſa uoluntas obediens. Hebræ. 6. Exauditus eſt. Pſal. 40. In capite libri ſcript. eſt de me &c.

NON PRO *eis autem rogo tantum*) Hîc pergit pro altera parte Eccleſiæ orare, nempe pro auditoribus. Et palàm affirmat Chriſtus, ualere ſuum ſacrificium non ſolum pro Apoſtolis, ſed pro omnibus qui Euangelium amplectuntur, Sic in Pſal. 16. Omnis uoluntas mea in eis, id eſt, hic patior propter ſanctos in terra, & hos uerè diligo. Sed hîc

ſciamus

ſciamus applicationē oportere accipi fide pro credituris inquit, Ro. 3. Iuſtificamur gratis, ipſius gratia per Redemptio. quæ eſt in Chriſto Ieſu. Antitheſis. Papiſtæ applicauerunt Miſſas, & alia opera, nihil de hac applicatione ſcientes.

VT VNVM ſint) Repetit precationem de concordia, ut habeant charitatem Chriſti, ſint unus Baptiſmus, et una fides &c. Acto. 2. Factum eſt cor credentium unum. Porro inter impios non eſt una fides, ſed hic credit in S. Nicolaum, ille in Michaelem &c.

PATER quos dediſti mihi) Hîc poſt precationem pro doctrina & concordia, ſubiungit tertiam precationem de applicatione ſcilicet, ut donetur eis uita æterna, & ſint cohæredes filij.

De his ſummis bonis in hoc ultimo agone Chriſtus ardentiſſimo pectore & ardentiſſimis uerbis precatur, quæ ſubinde repetuntur, ut fit in magnis affectibus.

QVIA dilexiſti me.) Hæc uerba hîc in fine ſunt flagrantiſſimi amoris uerba erga æternum patrē. idem dicit quod ſuperius: Clarifica me pater gloria quam habui &c.

Fuit filius Dei ante hunc mundum, & æterno amore dilectus eſt ante mundū, ergo non eſt creatura. Iam ille amor in corde patris eſt uerus, Et tamen filius propter nos miſſus eſt, Ergo et nos pro=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

pter ipſum diligimur à patre, Sed fruſtra cogitamus de dilectione Dei niſi fides adſit. Hæc oratio ſit ſemper in conſpectu pro doctrina, concordia, uita æterna, in inuocatione & omnibus negocijs.

Summa.

Mi cœleſtis pater fac ne ſuccumbã in hoc agone: clarificaui enim te, & clarificabo per prædicationem Euangelij, & dabo omnibus quos dediſti mihi æternam uitam, ſcilicet ut cognoſcant nos in gaudio inæternum.

II.

Conſerua meos Apoſtolos, diſcipulos & miniſtros in tuo uerbo & in concordia ſpirituali, clarificauerunt enim nos, & porrò clarificabunt, pro quibus ego me tibi offero, ut & ipſi ſint ſanctificati, ſeu ſegregati in Euangelium meũ predicandum.

III.

Conſerua etiam omnes credentes in ſana doctrina, nec non in concordia ſpirituali, pro quibus etiam me ſanctifico, ut ſint mecum & uideant claritatem meam, & dilectionem qua dilexiſti ante conſtitutionem mundi, Amen.

Aliæ orationes Chriſti.

Ioan. 12. Pater, Clarifica nomen tuũ. Matth. 26. Pater mi, ſi poßibile eſt, tranſeat à me calix iſte, ueruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Pater ſi

ter ſi non poteſt hic calix tranſire à me, niſi bibam illum, fiat uoluntas tua. Lucæ 23. Eli Eli Lamma Aſabtani, hoc eſt, Deus meus, ut quid dereliquiſti me. Lucæ 23. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.

FINIS.

FRANCOFORTI EXCVDEbat Petrus Brubachius
Anno 1558.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

bei Sacharias in [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

1 ja hie [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

2 ja

3 ja si [illegible] [illegible] in [illegible], da
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] und [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible];

+

O Homo dives non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)

54.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 54 8° (LN 1258 8° copy 1)